


the first time in the history of the world, the  
whole of the human race has been gathered  
together in one place, and that is the  
present meeting of the World's Fair.

10 of 10





IOANNIS MARTINII SILICEI  
Archiepiscopi Toletani de diuino nomine  
Iesus, per nomē tetragrammaton signi-  
ficat liber unus. Cui accessere in  
orationem dominicā, saluta-  
tionemq; Angelicam,  
Exposiciones duæ ab eodem autore  
primumtypis excussæ. Toleti. M. D.



rius Ioannes Martinus Si-  
liceus Archiepiscopus  
toletanus fœlicitatē.

D.

**E**T SI hunc libruin, quem de diuino  
nomie IESVS edidimus CHRISTO  
IESV consecrandum duxerimus , in  
nullū tamen crimen̄ incidere putamus,  
si tuæ maiestati etiā ipsum dedicemus.  
**C**HISTO enim dicauimus tanquā  
Deo , cui vniuersa subsunt : tibi, velut  
homini ad quem, ob imperatoriam di-  
gnitatem, quā ab ipso Deo suscep̄teris,  
attinet datum nomen & illæsum defen-  
dere & per totum orbem diuulgare.

Vale.



# S S P ræfatio operis,



N I V E R S A E res,  
quæ ortū habent, na-  
tura appetūt suo fini  
vniri. Quo fit omnes  
homines natura expetere vniri deo  
quādoquidem propter eum crea-  
ti sunt, Hanc vnionem, diuini phi-  
losophi fœlicitatē appellatur, quæ  
in visione ea consistit, qua Deus tū  
in se, tum factus homo videtur, di-  
cente Ioanne, hec est vita æterna,  
ut cognoscant te solum deum ve-  
rum, & quem misisti I E S V M  
C H R S T V M. Inter has vnio-  
nes hominis ad deum, & hominis  
ad verbum incarnatum seruatur  
hic ordo, nam ea quæ hominis e-



velut medium ad alteram ordinatur, dicente C H R I S T O , Ego sum via, veritas et vita, nemo venit ad Patrem nisi per me, et alibi, Ego sum ostiū, per me si quis introierit saluabitur. Quod si I E S V S nobis hominibus iter est ad patrem commorantem in cœlis, quoniam pacto per ipsum ambulabimus si eum penitus ignoremus? & quomodo ipsum cognoscemus si eius nomen prætereamus? quando ipsa nominis definitio, via est, quæ dicit ad agnitionē definiti, ordine igitur obseruato, sine quo recta incedere via nequimus, a nomine I E S V S decreuimus incipiendū, quo pro captu nostro intellesto, ducemur in ipsum deū hominem


Quam

Quam rē consequuti ad in-  
diuinitatem cognoscēdām rapie-  
mur. Sic ergo de hoc nomine I E-  
S V S significato per illud antiquū  
nomē tetragrammaton I H V H  
in hoc opere tractabimus, quod  
nonnulla notatu digna de Deo ho-  
mine & simplici diuinitate dēq;  
tribus personis differemus.

## Caput, I,




T SI opus meis vi-  
ribus impar aggredī temerarius nitor,  
nomē inquam illud  
I E S V S exponere, eiusq; diuina  
attributa christianam philosophiā  
inquirētibus patefacere: diuinæ ta-  
men fīsus bonitati, que suo demō



o est omnibus inuocanti-  
bus eam quainlibet timidus & ve-  
recūdus proposito accingor labo-  
ri. Verū antequam hunc thesaurū  
fundam, ante quam hoc sacramen-  
tum aperiam, cupio te clementissi-  
**me R E X, I E S V C H R I S T E**  
mīhi fore gratum auditorem, et vt  
ſānius loquar, opto hunc meum  
sermonem tibi dicatum, gratū fo-  
re, quam rem certo certius futurā  
ſcio (modo hūc ipsum tuum libe-  
llum, in manus tuorum christiano-  
rū venire permiseris). Dionysius  
ille Areopagita Pauli discipulus, in  
ter alias tali viro dignas sententias  
hanc etiam protulit, in eo quem  
de diuinis nominibus edidit libro.  
Elementis & syllabis & vocabulis  
scripturis et sermonibus vtimur  
sensuum

**sensuū gratia: vbi vero  
stra spiritualibus actionibus ad  
telligibilia moueri cœperit. super  
flui iam sunt cum rebus sensibili-  
bus sensus. Nos itaq; sermonē hūc  
recipientes elementa priū huius  
nominis tetragrammatō I H V H  
totamq; ipsam dictionem expone-  
mus, demonstrātes dictū nominē figu-  
rā fuisse huius nominis I E S V S:  
deinceps reliqua amborum nomi-  
num diuiniora secreta pro captu  
nostro ostendemus. Quibus recte  
perceptis mēs nostra spiritualibus  
actionibus mota altius conscedet,  
contemplatura maiestatē illam di-  
uinæ essentiæ eiusq; tres personas,  
Patrem, Filium & Spiritū sanctū,  
Multa fuisse dei nominia Hierony-  
mus scribens ad Marcellam oſte-**




Omniū tetragramma.  
TH V H in summa veneratio  
ne semper habitū est ab Hebræis,  
nec licebat passim proferre ipsum  
nomen ob sacramentum in eo ha-  
bitū, sed proferebāt pro eo Ado-  
nai. Dicit rabbi Moyses vir in lite-  
ris hebraicis peritissimus, qui e iu-  
daismo ad nostram christianā ve-  
ritatem est conuersus, nomen te-  
tragammationē trinitatis mysteriū  
simul et unitatis includere. Nam  
primum et secundum elementum  
vnum Dei nomen efficiunt, et se-  
cundum et tertium elementum al-  
terum dei nōmen generāt, ex ter-  
tio et quarto elementis tertiuū Dei  
nomen assurgit: quibus tribus no-  
minibus Trinitas designatur, et ex  
ipsis vnum Dei nōmen efficitur.

Quod


Quod intelligere licet.  
na essentia tres personas esse. ¶  
Trinitatem , quam nos christiani  
fatemur, Hebræi per illud nomen  
adonai, quod plurale est, innuebāt,  
quod idem significat quod dij seu  
diuina supposita , Cæterum quia  
intellectu erant infantes, diuinitatē  
hanç non perceperunt, quādōqui-  
dem omnia illis in figura contīnge-  
bant. Nomen itaq; illud tetraagrā-  
maton , cui ex natura ipsorum ele-  
mentorum nulla potētia erat qua-  
posset proferri , et hinc inefabi-  
le dicebatur , alterius nominis fi-  
guram gestabat. Sic enim placuit  
Altissimo ignotum efficere nomē  
suum iudeis, vt habetur Exodi . vii.  
Ego dominus, qui apparui Abra-  
ham. Isaac. & Iacob in deo omni-



nomen meu IH VH  
non indicaui eis. Cum autem ve-  
nit plenitudo temporis, cum cessit  
vmbra veritati, cum verbū ipsum  
est incarnatum, et deus iā inuentus  
est homo, nōmen quod ad illud  
vſq; tempus siluerat, incipit loqui:  
quod latuerat, incipit videri: quod  
profetri nequiuera, adeo aperte  
profertur, vt nihil prolatius dici  
possit. Fuerat nomē illud IH VH  
figura huius nominis I E S V S;  
quod de cœlis a Deo patre per an-  
gelum Gabrielem fuit trāsmisſum  
quod verbo incarnato impositum  
est, quod C H R I S T O nato in  
die octauo est promulgatum. Nā  
post salutatam virginem, post tur-  
batā;imo post eiectum pauorem,  
inquit angelus ad eam. Inuenisti  
gratiā




gratiam apud deum ec  
in vtero et paries filiu, et voca  
nomen eius I E S V M . De hoc  
iam vidēdum est, quo pacto typū  
huius gerebat illud tetragramma-  
ton impronuntiabile, pro quo no-  
tabimus sequentia. Primū, literā. I.  
quæ Ioth hebraice dicitur , mini-  
mā esse inter alia alphabeti elemē-  
ta , perinde ac in numeris est vni-  
tas, quam numerorum parētem et  
basim arithmeticī appellat. Secū-  
dum, quod notandum diximus est,  
literam. V. esse duo. I. non simpli-  
citer, sed coeuntia, e quibus duo la-  
tera trianguli consurgunt in pūcto  
vno concurrentia. Tertium anno-  
tandum est, literā. H. non esse om-  
nino literam, sed quandam aspira-  
tionis notam. Quibus visis, my




omnis sic explicamus.  
I. quod dicitur Ioth, patrem  
intelligimus, qui prima est in Tri-  
nitate persona e qua gignitur Filius.  
Sicut enim primus numerus (mo-  
do numerus sit dicēdus) quem po-  
tius dualitatē appello, generatur,  
ab unitate prima, quæ numerorū  
est radix, sic ab ipso .I. producitur  
.V. et ipsam productionem litera  
prior. H. quæ primo post. I. sita est  
significat. Pater itaq; per vim pro-  
ductiuan; quā habet, Filium pro-  
ducit sibi æqualem. Hinc æqualia  
duo latera in ipso, V. habetur. De-  
inceps litera. H. vltimo loco sita se-  
cundam productionem significat,  
quam aspirationem theologi no-  
minamus, Hanc efficiunt et Pater  
et Filius Spiritum sanctum spiran-

tes. Nā sicut ternarius  
binariū præsupponit ad sui ge-  
rationē, et in ternario tertia vnitas  
genita æqualis est prioribus dua-  
bus : sic secūdo producta persona  
a Patre et Filio, duas producentes  
præsupponit, et æqualis est produ-  
centibus. Quod si ambæ tertiam  
pducūt, ambabus vinciatur oportet  
producta. Et ita non potest am-  
bus elemētis vniri tertium, quò  
minus triangulus assurgat sub hac  
forma, ▽. vi duarū productionū  
cōstitutus, qui polygoniarū figu-  
rarum est prima , tribus lineis tri-  
busq; angulis constans. Hic terna-  
rius et linearū et angulorū in vna  
figura: est ille numerus impar pri-  
mus quē Pythagorici perfectū di-  
xerūt, phisice loquētes ipsum rerū



et esse. Hec est ille numerus  
de quo Aristoteles et veterissimi  
philosophates dixerunt. Numero  
impari deus gaudet. Hic numerus  
triū linearū ita vnitarū, est ille funi-  
culus triplex Salomonis, qui diffici-  
le rumpitur. Cum itaque duo fuerint  
clementia. H. duas dūtaxat p̄duktiones  
in diuinis haberi nouimus, at  
ubi per ordinē duæ primæ nume-  
rorū p̄duktiones habētur, necessaria-  
ritate sunt tres vnitates et nō plures:  
sic in diuinis tria supposita necessaria-  
rio esse, et solum tria, postquā solae  
duæ p̄duktiones habētur. Habe-  
mus itaque iam illud tetragrāmatō  
quod iacuerat, eretū, quod latue-  
rat occurtere cūctis. Sicut ergo in  
dato triāgulo vna est essentia, tres  
tamen lineæ differētes, et sicut vna



est triū vī  
sūt distinctæ: ita in trinitate vī  
diuinarū personarū essentia et tres  
distinctæ personæ. Et nō sine causa  
duo. H. versa sunt in duo. S. quod  
ideo factū existimo in hoc nomine  
**I E S V S** vt nobis daretur copia  
pferendi improferibile, quibus da  
tū est videre quod hebræis fuerat  
inuisibile, vt pote **C H R I S T V M**  
Redēptorē nostrū. Ut autem ex  
pressius vim dictarū literarū. S. S.  
intelligamus, sciedū est nullā esse  
in alphabeto literā quæ talem ha  
beat spiritū , ac litera. S. habet , ob  
idq; ab spiritu sancto versa sūt duo  
illa. H H. quæ in nomine tetragrā-  
maton erant , in duas lireras lati  
nas. S. S . quæ a diuo Hieronymo  
dentales literæ appellantur , quod




spiritus suū  
datur: quandoquidē inter om-  
nies literas tenuissimum spiritum si-  
bi vendicāt. Et ideo appositæ sunt  
ab eodem Spiritu sancto in nomi-  
ne I E S V S, vt ipsum non modo  
efficient proferibile , verum etiam  
duas illas spirituales et diuinæ p-  
ductiones nobis innuant , quæ per  
duo. H. H. in nomine. I H V H, si-  
gnificantur. Præterea litera. S.  
oleum significat , cuius virtus est  
subtilius penetrare quæcunq; terti-  
gerit, qua cæteri omnes liquores.  
Sic filius dei, sic Spiritus sanctus se  
se habent, cum se in animas homi-  
num transfundunt. Item litera. S.  
quæ in nomine I E S V S in modū  
serpentis bis reperitur, est illius ser-  
pentis tortuosi exēplar, quē æneū.

Moses

Mōses super nātam populo  
litico erexit, vt eum a serpenti  
morsibus liberum redderet, si o-  
culos ad exaltatum serpentem le-  
uaret. Fuerat enī exaltatus serpens  
figura C H R I S T I in cruce exal-  
tandi, vt habetut. Io. 3. vbi dicitur.  
Sicut exaltauit Moses serpentē in  
eremo, sic exaltari oportet filiū ho-  
minis. Et nota, peri de suos christi  
colas leuātes oculos ad C H R I S-  
T V M̄ ipsum in cruce penden-  
tem eruet Deus benedictus ab insi-  
dijs diaboli, atq; israeliticum popu-  
lum olim a serpentum morsibus li-  
berauit. Obseruari solet pene ab  
origine mūdi, vt parta victoria cō  
tra fortissimum regem victor, effi-  
giem siue figurā deuicti regis pro-  
in signijs habeat. Hoc obseruāndū


pugnaturo contra fortissi-  
mus dæmonem et mundum pater diui-  
nus voluit. Cumque litera. S. maxime  
figurâ gerat astuti serpétis, sub cu-  
ius forma, fortissimus dæmon pri-  
mos nostros parétes deuicit, et mun-  
dus perinde se se habeat cum homini-  
bus atque coluber siue serpens sinuo-  
sus, qui recta incedere via haud cō-  
suevit, decuit figurâ serpétis pro in-  
signijs a C H R I S T O victore haberet.  
Sunt itaque iure optimo C H R I S T I  
in signia litera. S. in suo nomine du-  
plicatus ob victoriâ duplicitate contra  
dæmonem et mundum habitum. Nam ad  
uersus carnem nulla in C H R I S T O  
fuit pugna, nulla rebellio, cum pecca-  
tum originale non contraxerit, neque con-  
trahere potuerit fueritque a tempore  
mortis omnino beatissimus. Cum  
autem

autē pater ab æterno has vi-  
futuras agnouisset, statuit Filio nati  
cituro dicta insignia in eis nomine  
ante quæfitas victorias ponenda,  
quando angelo ad virginē futuram  
**CHRISTI** matrē missō præcepit,  
nūtiaret virgini mariæ nomē cōci-  
piēdi filij esse IESVS. Quōdā ser-  
pēs Euā deceperat, d̄ quo **CHRIS-**  
**TVS** triūphauit. Occubuit prior  
adā, tētatore dæmōe, occubuit dæ-  
mō posteriorē Adā id est **CHRIS-**  
**TO** viatore. Si hos duo serpentes  
dæmonē et mundū simul & lubri-  
cos carnis insultus christiāe lector  
deuincere cupis, sume pro armis  
victricibus nomē IESVS fide for-  
matū, quo pugnaturus semper vi-  
ctoriam reportabis, nō recedat al-  
ore tuo fortissimū illud nomē.




aliud nomen in quo non tā-  
cum saluemur, sed vincamus. Attē  
de aduersarium nostrum diabolū  
velut rugientem leonem circuire  
mundum quærerentem quem deuo  
ret, cui fide in C H R I S T V M  
et in eius nomen resistendum est.  
Serpentis sibilus acutissimus cū sit,  
dicente Dauid, Acuerunt linguas  
suas sicut serp̄ ites, sic litera. S. per  
se, aut cum vocalibus pronūtiata,  
acutissimū spirituim efficit, lon-  
geq; acu morem reddet spirituim in  
nomi e I E S V S fide plato. Cū  
ergo serpens ille dæmon tentatio-  
nis sibilum protulerit, cum sibilo  
nominis I E S V S respondebis, et  
sicut clauus clauo truditur, sic sibi  
lo christiano sibilus dæmoniacus  
penetabitur. Præterea litera. S. alio  
modo

modo describi poterit, et  
sit circunferentia quædam duab.  
illis partibus intercepta, quas dia-  
meter attingit. Hárū altera est su-  
perior circunferentiæ medietas, et  
altera inferior, superiori vnitur dia-  
meter in læua eius parte, inferiori  
vero, in dextra. Hanc rem subiecta  
figura demonstrat, quæ a serpétis  
figura miniine regedit.



line  
CHRISTO diametri  
circumferentiae proprietas tribui debet,  
ex eo q̄ quocumq; datus dia-  
meter se vertat, retento cētro sēper dia-  
meter erit. Quod in nulla aliarum  
figurarum reperire contingit. Est  
enim C R H I S T V S, cum sit de-  
us, metrum & mensura diuinitatis  
quam diuus euāgelistā Ioannes in  
sua Apocalypsi literæ. O. quæ cir-  
cumferentia est, comparauit. Nec  
refert in infinitū crescat ipsa circum-  
ferentia: cū crescere nō possit quo  
minus eius diameter crescat, et suo  
modo infinitus sit, si eius periphe-  
ria infinita fuerit. Quod si litera. E.  
in nomine I E S V S, quæ in ordi-  
ne est secunda, sit adiecta, hoc fa-  
tū existimo, vt primæ syllabæ hu-  
nominis I E H O V A H respō-  
deret,



deret, quod priscis pa-  
tum est, quo possent pronunti-  
hoc nomē IHVH, quod per se im-  
pronūtiabile erat. De hoc in sequē-  
tibus plura dicūtur. VIDES quā  
pulchre latinis literis, quæ vt pluri-  
mū grēcæ etiā sunt, expositū est fa-  
cramentū nominis tetragramma-  
ton. Decuit népe ex eo quod latini  
simul & græci toto in orbe terra-  
ruin ipsum nomen impense co-  
lunt, ipsumq; I E S V M veneran-  
tur. Sed nec tota di&tac; nominis vis  
est visa. Ideo dicamus duas alias  
vniones, easde inq; tempore, alces illa  
duo eleme&tta. HH. in dato nomi-  
ne significare, quæ in vno I E S V  
C H R I S T O habentur. Qua-  
rum vna est animæ ad corpus, al-  
tera est verbi ad eius humanit

ne quarum fatendum  
et Deum esse hominē. et hominē  
esse Deum . Amplius, sicut simul  
æternitate duæ priores productio  
nes sunt in diuinis: ita simul tempo  
re ambæ vniones inueniuntur in  
**C H R I S T O**: quæ omnia hoc  
nomen I E S V S significat, quod  
& si saluationē designat, nō tamē  
recedit a significatione iam dicta:  
imo vtrunq; seruat inuiolabile et  
saluat sine lapsu, diuinam (inquā)  
Trinitatem in simplici vnitate, et  
duplicem vnionem sine duplice cō  
positiōne . In his duobus pendent  
leges et Prophetæ, in his tota fere  
fides christiana versatur, scilicet.  
Trinitate et Incarnatione.

## Caput, 2,

Quo

## V O M



men, tetragrammaton I H V H fuerat, ineffabile et quomodo oī proferebatur, supereit dicēdū. Erat quippe improferibile ex eo quod duæ illæ vocales. I. & . V. ferire nequeunt duas illas aspiratio-  
nis notas sequentes. H H. quarum natura est in eadem syllaba præce-  
dere vocales, nō sequi. Quod si in hūc modū præcessissent, H I H V,  
proferibilem dictionem redderēt,  
nempe duarum vocalium spiritū efficiunt fortiorēm. Supereit dica-  
mus quomodo proferebatus. Pro  
quo notandum est, Deum reuelasse veteribus illis patribus et maxi-  
me Mosi, qui legē prius tradidit diuinā, subscriendas tres primas l.




H V H , tribus pū-  
quæ vnu trium vocalium, e.  
o.a.haberēt: quarum prima voca-  
lis primæ literæ, secunda secundæ,  
& tertia tertiæ copularentur . e-  
quibus omnibus sic collectis hoc  
proferibile nomen, IEHOVAH  
resultat, in quo magnum diuini-  
tatis sacramentum includitur . Est  
primū videre in dato nomine om-  
nes quinque vocales contineri, & re-  
liquas duas aspirationis notas. HH.  
quod in Sancto hoc nomine inueni-  
tur factionem. Dignum namque fuit ut  
omnes vocales literæ in eo nomi-  
ne essent, quod est super omne no-  
men, quādoquidem res per ipsum  
significata est supra omnem rem.  
**Cum illa sit I E S V S C H R I S-**  
**T V S** verus deus & verus homo

qui

qui literis vocalibus pra  
voces. Addūtur duæ literæ, ver  
tius duæ notæ. HH. per quas duas  
in diuinis compræhendimus pro  
ductiones: quarum vna dicitur ge  
neratio, altera aspiratio, de quibus  
latius primo capite dixim⁹. Aduer  
tendum est, q̄ licet nomen IH VH  
certis quibusdam pūctis a Iudæis  
ubscriptum proferebatur IEHO  
VAH, non tamē ob hoc de se pro  
feribile dicebatur. Cætera Dei no  
mina propterea sunt a no. is profe  
ribilia, quod Deo & creaturis cō  
munia sunt, nudamq̄ Dei substā  
tiam haud repræsentant. Nomen  
vero IH VH, cū Dei essentiā pro  
prie et distincte significet, nullū cō  
mertiū cū creaturis habere potest,  
Et ideo de hoc nomine loquēs des



in nomine.  
amen est mihi in æternū  
memoriale meum in genera-  
tione et generationem. Quod su-  
perest notandum est, veteres illos  
patres multis claruisse miraculis  
virtute dati nominis IEHOVAH  
quod synonymū esse dicimus cū  
nomine IESVS. Itaq; cum pri-  
mū nomen IHVH per se impro-  
nuntiabile, cœpit pronuntiari ad-  
iectis tribus illis punctis iam dictis,  
cœperūt miracula fieri in orbe ab  
ijs, qui sic datum nomē IEHO-  
VAH pronunciarunt. Nec dictis  
obstet, quod Deus dixerat Mosi.  
Exodi. 6. Ego sum Deus Abrahā,  
de Isaac, deus Iacob, quibus appa-  
rui in deo omnipotenti: sed nomē  
meum IHVH non indicaui eis,  
Cum fatēdū sit huiusmodi nomē  
IHVH



I H V H superioribus patribus  
 esse reuelatum, et factum prouidet  
 abile modo iam dicto. Nam Enos  
 filius Seth filij Adam primus in-  
 uocare coepit Deum hoc nomine  
**I H V H**, vt habetur **Genes**. 4 .et  
 15. Capi, Deus in hunc modū est  
 loquutus Abrahæ, Ego I H V H,  
 qui eduxi te de Vr Chaldeorum,  
 et ipse Abraham iuloante dixe-  
 rat deo I H V H quid dabis mihi?  
 Præterea Isaac orauit deū sub hoc  
 nomine I H V H, vt Re. ecæ uxo-  
 ri suæ prolé tribueret. Iten. Jacob,  
 vt habetur **Genes**. 32. Dixit vere  
**I H V H** est in loco isto. Ex his lo-  
 cis inferre licet nomē I H V H ab  
 orbe condito fuisse a Deo reuela-  
 tum, non omnibus, sed selectis pa-  
 tribus. Cum autem Deus vidiss-



ruino nomine.  
cum Moseim et maximo co-  
atu quærentē nomen suum, pro-  
tulit verba superius dicta, scilicet.  
**Ego sum deus Abrahā, deus Isaac,**  
**Deus Iacob:** quibus aparui in Deo  
omnipotente, sed nomen meum  
**I H V H** nō indicaui eis. Quasi dice-  
ret, tu Moses quæris aperiātibi no-  
minis I H V H significatū, nonne  
Vides me non indicasse maioribu-  
tuis, viris sanctissimis id quod tu  
petis? Sat tibi erit patrum tuorum  
vestigia qui, quibus nomen meū  
**I H V H** non declaraui, futurū est  
terram in quo nomen hoc meum  
**I H V H** per nomē filio meo impo-  
nendū declarabitur, cuius virtute  
dissidentes duo populi gentium et  
iudæorū in vnuim populū mīhi ser-  
uentē coalescent. Vtere tu hoc no-  
mine.

Iesu?

mine IH VH, quod futuri ne  
synonimun est et figura, quum iē  
se offerant prodigia per te faciēda,  
sicut eo sunt vſi patres tui vetustio  
res. Attende lector. Si ergo patres  
illi veterimi prope infinita signa  
& miracula fecerunt, fide cōuersi  
ad deum, per inuocacionem sui no  
minis nondū eis reuelati, nos stupi  
li, quibus dictum iōmen reuelatū  
est quid agimus somno depresso? ac  
velut secordes nihil de omine IE  
SVS sentimus? Noe virtute nomi  
nis tetragrāmatō arcā cōstīxit, et  
diluuij aquas subplātauit, Abrahā  
filiū Isaac senio cōfectus de sterili  
Sarra nonaginta annorū produxit,  
Isaac e manibus sui patris ipsū sacri  
ficare volentis, liber effectus est, Ia  
cob lucta angelū supauit, et



7  
...no nomine  
...us est qui scalæ innixūs an-  
...gelos videret ascendentes, et descē-  
...dentes: Moses populum israeliti-  
...cum e seruitute pharaonica libera-  
...uit, et ipsum per maris rubri siccū-  
...fundamētum transuexit, hinc in-  
...de refugientibus aquis, E rupe in  
...deserto aquā eduxit populo sitiē-  
...ti, cui per annos quadraginta in ci-  
...butn contulit manna, et legem in  
...tabulis lapideis digito Dei ſcriptā  
...contulit obſeruādam. Hoc nomē  
**I H V H** solo Aaron summo fa-  
...cerdo cum benediceret populo  
in oplo proferebatur. Iosue po-  
...puli israelitici dux, virtute dicti no-  
...minis tetragrāmaton eduxit e de-  
...serto populum sibi a deo commi-  
...ſum, et ipsum in terram promissio-  
...nem traduxit. Item flumen Iordanis.


Ob multas aquas transitum p  
bēs dicto populo, retrorsum est co  
uersum, præbuitq; populo alueū  
ficum, cum primum fuerat ab illo  
duce nomen IHVH inuocatum.

Tanta fuerat in dicto nomine dig  
nitas ac virtus diuina, & tantus pa  
nor veterrimis illis patribus, vt, nisi  
probati quod sine crimine essent.  
psuim proferre iniōime auderent.

Quod diuus Paulus plane aperuit  
loquens de nomine IESVS, cuius  
nomen IHVH fuerat figura, eiq;  
synonyma, inquit enim, ne. non po  
test dicere dominus IESVS in  
spū sancto, quasi dicat, solus ille di  
cere potest IESVS, qui probabili  
ter cognouerit Spiritum sanctum  
in eo esse. Dixerat enim alibi idem  
Apostolus, loquēs de pane diuino



in uino nomine.  
de CHRISTO in hostia co-  
recrata per nomen IESVS signifi-  
cato, Probet autem seipsum homo,  
& sic de pane illo edat & de calice  
bibat, qui enim inaducat indigne,  
iudicium sibi manducat & bibit,  
non diiudicabis corpus domini. Hoc  
ide videtur sentire Paulus cum ab ali-  
quo sumitur proferendu hoc nomine  
**IESVS**, ut anteq[ue] proferat pro re  
aliqua impetrada quem vires naturae  
excedat, probet seipsum, hoc est  
probabiliter credat se esse in gratia.  
Tunc enim implebitur quae dicta  
sunt de CHRISTO, ut habetur.  
Io.19. Amen amen dico vobis, si-  
quid petieritis patrem in nomine  
meo dabit vobis, In nomine itaque  
Tetragrammaton patres antiqui  
probati ut retulimus, petebant  
a Deo.



à Deo , & ideo postulata obtin-  
 bāt. Petierat quondam Moses vī-  
 dietam contra Datam et Abiron  
 Dei hostes inter nuntio nomine  
 I H V H , et illico terræ vorago  
 eos et eorum sequaces deglutiuit.  
 Helias bis precatus est d eum in no-  
 mine I H V H mitteret ignem, qui  
 semel atq; iterū quinquagenarios  
 homines missos a Rege Ochozia  
 deuoraret , et obtinuit: extinctum  
 puerū sibi oblatū suscitauit: pallio  
 Iordanis aquas diuisit : pluuiæ ad  
 annos aliquot interdixit, ac rursus  
 pluuiā impetrauit , multaq; alia si-  
 gna fecit. Heliseus Helię discipu-  
 prolatō nomine tetragrammaton  
 infantem mortuum suscitauit , et  
 Naamā militiæ principem a lepra  
 curauit, Decriit tempus si miracula



mo nomine.

sonis, Gedeonis, Dauidis ut cæ-  
torum veterū sanctorum patrū  
percēsereim , quæ vi dicti nominis  
**IHVH** fecerūt. Quod si reliquos  
postiores sanctos, qui a **CHRIS-**  
**TI** morte ad hoc usq; tempus pro-  
lato nomine **IESVS** miraculis cla-  
ruerunt citaremus, sane huic libro  
finem ponere non possemus. Vid-  
dum iam est, quomodo ex sacra  
eloquio deducatur q; hæc nomina.  
**IHVH**, **IESVS** sint synonyma,  
id est, id nō significantia, imo sunt  
idem nomen, licet non eisdem lite-  
ris scriptūt. Hoc facile colligitur  
a autoritatibus sequentibus. Hie-  
remias a Spiritu sancto motus de  
futuro Messia loquens dicit . Ecce  
dies veniūt dicit dominus & susci-  
tabo Dauid germē iustū, et regna-  
bit

bit Rex , & sapiens erit, in diebus  
illis saluabitur Iuda, & Israel habi-  
bit confidenter, & hoc est nomē  
quod vocabūt eum IHVH iustus  
noster. Præterea Lucæ. I. Capitu.  
Missus angelus Gabriel a deo post  
salutatam virginem, cum eam vide-  
ret pauore affectam, inquit. Ne ti-  
neas Maria , inuenisti enim gratiā  
pud Deum, Ecce concipies et pa-  
ries filium & vocabis nomen eius  
IESVM. Et. 2. Cap. Cū infans in-  
téplum esset deportatus cū cūcisiō-  
nis sacramentū accepturus citur,  
Et vocatū est nomē eius IEVS v.  
quod vocatum fuerat ab angelo.  
De hac circūcisionis die, de q̄b hoc  
nomine IHVH seu IESVS locu-  
tus est Zacarias propheta inquiēs.  
In illa die erit vr̄s dominus



1. De diuino nomine  
nomen eius. Ex his colligitur: cum  
vnum sit nomen Dei haec duo no-  
mina I H V H, IES VS, esse vnum  
nomen, postquam vnam et candē  
rem significant, scilicet, essentiam  
diuinā et tres diuinā personas ab-  
solute et absq; affectu aliquo, quod  
in aliis nominibus Deo tributis n  
nime contingit, Est itaq; vnicū d  
nomen, et sunt multa, vnicū, que  
absolute et sine creaturarū affectu  
Deum eis trinitatem representat,  
sunt in ita, quæ cū tali affectu De-  
um significat. Est tantus ac talis de  
us nec ab homine, nec a superio-  
ri creatura verbis enarrari possit,  
nec intellectu percipi. Nam quan-  
tuncunq; mens nostra contempla-  
tione in deum euecta cōscenderit,  
id, quod deus est, sed ad id,  
quod


Iesus.

quod sub deo est, peruenit. Sat est  
intelligamus, tanti apud deū fuisse  
nomen Tetragrammaton, vt vete-  
rissimi illi sancti Patres obtinuissent  
quæcūq; interposito nomine I H-  
V H postulassent. Quod si res ita  
se habet, vt dictum nomen Tetra-  
grammatō figura fuerit nominis  
I E S V S, fatendū est eandē, immo  
maiorem vim habere nomen I E-  
S V S, quam olim priscum illud  
nomen I H V H habuit ad miracula  
la maxime efficienda.

### Caput. 3,



R O P H E T A ille  
Hieremias orator di-  
uinissimus data sibi a  
Deo rerum diuinarū  
c iii



inno nomine.  
Reuelatione declaraturus effectore  
suæ visionis lingua blasphemus, huc in-  
modum balbutit. Factum est verbū  
domini ad medicos. Priusq; te for-  
marē in utero noui te, et antequā  
exires de vulva sanctificaui te, et  
prophetam in gentibus dedi te, et  
dixi, AHH, Domine deus, ecce nei-  
cio loqui, quia puer ego sum, Dixe-  
rat. AHH, diuinā essentiam et tres  
hypostases innuendo: personas, in-  
quam, tres Patrem Filium et Spiritu-  
tum sanctū. Et dixit euangelio, Da-  
mine, in nomine tuis sic esse tres, quod sunt  
vnum dominus. Non dixit Domi-  
nus, ne immul tres crederentur essen-  
tiæ. Adiecit deinceps. Ecce nescio  
loqui, quia puer ego sum, ac si dice-  
ret, non est mihi sermo, non est no-  
tum quo possem visa populo nun-  
ciare

tiare, ob id quia puer ego sum; id  
est, quia ante incarnatum verbum  
veni, cuius generatio per secundam  
litera significatur. Vel aliter, Deus  
Ecce nescio loqui, quia puer ego  
sum, hoc est, nescio quatuor illa  
elementa IHVH mihi a te Deo  
neo ostesa connectere ut locutio-  
nem efficiant et proferibilem ser-  
monem. Cognoverat in illa pro-  
phetica luce sanctus propheta illud  
tetragrammaton IHVH impro-  
feribile. Dicere autem uno pacto  
vnum illorum elementorum alterum  
pariat, et ambo tertium, retur  
nescire, subijciens exteplo caula.  
quia puer ego sum, cui ætati gran-  
dia illa mysteria, et maxime pro  
illo tempore, minime conceduntur  
reuelanda, ob eamq; rem maxim;



~~de diuino nomine.~~

arreptus admiratione prorupit in  
hanc admirationis interiectionem  
**AHH**, in qua idē diuinitatis sacra-  
mentum absconditum reperitur,  
perinde atq; in nomine Tetragrā-  
matō **I H V H**, licet diuerso modo.  
Nec obstat si dicatur in biblijs nos-  
tris latinis non haberri **AHH**, qui  
literæ vnā tantum dictionem effi-  
ciunt, secundum hebraicam veri-  
tatem, quæ vim interiectionis adm-  
rantis tenet. Nam dicimus ad hoc,  
literā **H**, si hebræo sæpe numero  
idem cōsiderat. A. in latino significare  
querimodum sequutus Hierony-  
mūs tria. a. in sua latina interpreta-  
tione transtulit. Quod si hebraici  
sermonis characteres considerandi  
sunt, totā diuinitatem nominis IE-  
SVS in p̄æcedētibus explicatam  
reperimus.

reperiemus. Pro qua re melius declaranda, repetenda sunt duo quæ in primo capite diximus, quorum unum est, literam. H. non simpliciter esse literam, sed aspirationis nota: alterum est, duas praecise in nomine illo diuinio Tetragramaton inueniri notas, per quas productiones duas in diuinis deprehendimus scilicet, generationem et aspirationem. Tertium, quod recens notandum est literam. A. fuisse a Deo reuelata sub trianguli figura, hoc pacto. Δ. quando primum alphabetum mortali us hominibus a tempore Adae sub littera rū forma tradidit deus.

Δ B C  
E F G H I K L M N O P Q R S

T V X Z, Haec literæ alio ordine fuerunt a Deo reuelatae. Nam sicut litera. Δ, est prima sic litera



. De diuinō nomine


**O.**fuerat alphabeti vltima : quod ad huc apud græcos obseruatum nouimus. Quod autem dicte littere fuerint primæ, colligi potest ex his, quæ diuus Hieronymus in cōmēto Ezechielis. c. 9. dicit, inquisens, et vt ad nostra veniamus , antiquis hebræorum libris quibus usq; hodie utūtur Samaritani, extrema Thau litera crucis habet similitudinem, quæ in chistianorum frontibus pingit : et frequenti manus inscriptior e signatur. Quod si illa litera. T .n antiquis hebræorum libris .c velut vna sui alphabeti litera, fatendum erit et reliquas literas, quas gothicas appellamus, in eisdem antiquorum hebræorū libris fuisse repertas, quibus huiusmodi libri conscribebātur. Præterea idem Hieronymus

**Hieronymus præfatione in Librū  
Regum dicit, certum est. Esdram  
scribam legis doctorem post captā  
Hierosolymam et instauratiōnem  
templi sub Zorobabel alias literas  
reperisse, quibus nūc vtimur, cum  
ad illud vſq; tempus ijdem Sainari  
ianorum et hebræorū characteres  
fuerint, et nomen domini tetragrā  
maton in quibusdam græcis volu-  
minibus vſq; hodie antiquis expre-  
ſsum literis inuenimur. Ex his duo  
bus locis conieſtare licet antiquū  
hebræorum alphabetum literam  
Thau sub hac forma. T . h. fuiffe.  
et nomen domini tetragrammatum  
his literis antiquis IH VH fuiffe  
scriptū. Hinc patere potest, alpha-  
betum superius positū fuiffe quo  
antiqui hebræorum libri fuerunt**

pti

de diuino nomine?  
conscripti, Sed cū non reperiantur  
cara<sup>r</sup>teres antiquiores, fatendum  
est hos fuisse primos ac per conse-  
quens a deo reuelatos Mosi et prio-  
ribus patrib<sup>9</sup>. Supereft, vni oblatu  
dubio satis faciam<sup>9</sup>. Quare Esdras  
legis doctor post captā Hieroso-  
lymā et instauratiōnē templi alia  
nouas literas quibus nunc vtimur  
ad inuenit, nec fuerit usus priori-  
bus in scribendis libris sacræ scrip-  
turæ. Dicēdūm reor ad hec, ob id  
nouis liter<sup>9</sup> Esdram fuisse usum, vt  
legis vñcris sacramēta prophanis  
et iis c<sup>9</sup>nnibus hominibus abscon-  
facentur, qui longe a iudæorū di-  
uina lege aberant. Putauit, et sane  
quidem, sanctum haud mittēdum  
canibus. In usu quippe erāt prisca<sup>e</sup>  
ille dicti alphabeti literæ apud ex-  
teras

teras nationes , nec Esdram latuit : quandoquidem a condito orbe eas Deus reuelauit Adæ, quibus eius filij vsi sunt, quæ tandem ad nos usq; latinos peruenere, nec deerunt usq; ad saeculi consumationem . Non inficior, multos dictarum literarum inuentores fuisse, id est, primos eorum delatores in diuersas nationes, quod autem sic inuenient, ut prius dictæ literæ non fuissent, minime datur . Solus Adam fuit primus qui eas inuenit , dico , cum primum eas Deus reuelauit, et nomine tetragrammatō eisdem literis scriptum demonstrauit cuius diuinitatē minimus ei aperuit . Enos eius nepos fuit primus qui hoc Domini Dei nomen inuocare cœpit, Hæc que iam dicere incipimus , sunt signa et



argumenta, præter ea quæ retulimus, quibus mouemur ad affirmandum, datum alphabetum primum fuisse: & si primum, consequens est Adæ & eius posteris à deo datū. Primum quod nos mouet, est multos ante nos fuisse auctores, qui hanc nostrā sententiam tenuerint. Secundum est, huiusmodi literas in veteris amis ædificijs repetiri, quæ a tribus aut pluribus annorum millenniis diruta fuere. Tertiū est, datum alphabetum excellere reliquis ordine & figurarū pulchritudinē. Nam si duæ formētur lineæ parallelæ, inter quas datum alphabetum scribatur, inueniemus literas omnes altitudine esse æquales, quod in alijs alphabetis minime reperitur. Quartū est, in omnibus

his

his literis, demptis quinque, litera. I.  
quæ minima est, velut earum basim  
ac fundamentum haberet. Quinque  
illæ literæ sunt. C. G. O. Q. S. qua-  
rum. C. est semi circunferentia, G.  
idem, adiecta linea super finem in-  
feriorem. O. est integer circulus  
et ultima alphabeti litera, illius, in-  
quam, alphabeti primi a Deo reue-  
ti, Q. est idem quod, O. supposi-  
to puncto, velut fundamento a quo  
egreditur linea. De hac et litera, S,  
in primo capite nonnulla diximus,  
Dicamus ergo diuinum vate Hier-  
emiam cum illam admirantis ac-  
tionē A H H protulit, audito Dei  
sermone tantā in illis literis tribus  
sibi a Deo præsentatis vim atque di-  
uinitatem inuenisse, quantā neuti-  
quā verbis explicare potuit, et



Li.de diuino nomine.

butiens more infantium, qui verbā  
plene formare nequeunt, prorum-  
pit in hæc admirantis verba, dicens  
**AHH**, domine Deus, ecce nescio  
loqui, quia puer ego sum. Viderat  
enim  $\Delta$ , id est, triangulum æquila-  
terum, qui vnam essentiam habet,  
diuinitatem vnam significat, in qua  
tres lineaæ æquales habetur ad inu-  
cem vnitæ, quæ tria diuina suppo-  
ta repræsentant. Viderat præterea  
duo, H, quæ duas productiones,  
scilicet Filij & spiritus sancti, in di-  
uini designat. Dicere autem quo  
pacto a prima trianguli linea gene-  
retur secuda, et ab ambabus tertia,  
ingenue profitetur nescire. Moses,  
qui prior Hieremia extitit, perinde  
duo, H, viderat in nomine IHVH  
extremias in illa admirantis in-  
terieæione

teriectione AHH. Viderat etiam  
duas trianguli lineas inuicem hætré-  
tes? sed non viderat integrum trian-  
gulum, qui Hieremiæ fuerat reue-  
latus: verum vterq; attingere duas  
huiusmodi productiones nequiuit.  
Mosi subtilenti loquitur deus di-  
cēs, quid clamas ad me? Clamabat  
Moses nō ore, sed mēte diuinitatē  
nominis tetragrām aton considerā-  
do. Audiuerat a deo, Ego Dñs, qui  
apparui Abrahā & Iac & Iacob  
in deo omnipotente, et nomē meū  
I H V H non indicaui eis, Ob eam  
rem Moses totus intra se cō-  
fus dominū sua oratione excitabat, ac  
quem Dominus tactus respondet,  
Quid clamas ad me? quasi diceret,  
frustra conaris legere nomen meū  
I H V H, Hieremias autem, cui

Li. Dediūino nōmīne.

totus triāgulus fuerat reuelatus, cū  
diuinū nomē proferre conaretur,  
corruit in illam diuinam admirā-  
tionis vocem, A HH. vocem qui-  
dem protulit, quod nō fecerat Mo-  
ses, vocem (inquā) Interiectionis,  
non nominis. At cum huius nomi-  
nis tetragrāmatō diuinitatē Esaia  
cōtemplaretur, post plurima, quæ  
de secunda in diuinis persona præ-  
cinuerat, inquit, generationē eiu-  
quis enarrabat? Aperte profitetur  
verbis inexplicabilem esse. O san-  
ctissim⁹ prophetæ, quibus tāta cla-  
mori: Est vis, vt tūc altius inclame-  
atis quando nullum promitis sermo-  
nem, & exaudiri mereamini, cum  
subticetis, Quid aliud hoc est, quā  
illud prophetæ Dauidis, Tibi silē-  
tium laus deus in Sion? quod inter-

pretes

pretes septuaginta verterūt, te de-  
cet hymnus Deus in Sio. Hac sen-  
tentia & veritate persuasus Areo-  
pagita ille Dionysius Diui Pauli  
discipulus nullas tribuit deo affer-  
tiones, inquiens, negationes potius  
deo competere, quam affirmatio-  
nes: quando captus mentis nostræ  
exiguus est, quæ autem Deo com-  
petunt, maxima & infinita sunt.  
Hinc prophetæ illi veteres, et si in  
silentio nominis tetragrammaton  
notitiam habuerint, eā tamen suis  
vocibus declarare nequie. It. Ve-  
rum Ioannes noster Euangelius  
qui cæteris tāto amplius siluit, quā  
to pluribus sensorijs priuatus pro-  
pius pectori C H R I S T I cohæ-  
sit, intellectam Trinitatē nomēq;  
diuinū veteribus inexplicab-

d i o n y s i s



Li. De diuino nomine.

bis aperuit, quando dixit, In principio erat verbum, et verbum erat apud Deū, et Deus erat verbū. &c. Et tandem adiecit. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis: et alibi, Tres sunt qui testimoniu dát in cœlo, Pater, verbum et Spiritus sanctus: et hi tres vnū sunt. Quid explicatius, quid notius esse potest, quam trinitatem in diuinis ponendam? Quod igitur oscitáter et sub nube cæter prophetæ dixerūt, diuus Ioannes Euágelistā luce inicatius nō sis propalatū reliquit. Nec s' i.e. Nam cum altius reliquis crediderit, non mirum si altiora fuerit loquutus. Cui apte conuenit illud Dauidis, credidi, propter quod loquutus sum, Exterior enim locutio interris verbi signum quodā est, quantoq;

quāntoq; extērna vox fuerit index  
reconditioris rei , tanto mens fœ-  
cūdior esse mōstratur. Eſt itaq; ille  
diuus Ioannes cæteris tanto ſapien-  
tior, quāto intelligētia perfeclior.  
Nec imirandū,fuerat enim abyſſus  
ab illa abyſſo fuſcitatus,a C H R I S-  
T O inquam , in illa dormitione,  
in illo cœnæ vltimæ accubitu:vt ei  
quammaxime accommodare li-  
ceat illud psalimi . Abyſſus aby-  
ſum inuocat , in voce cataracta-  
rum tuarum , Cataractæ ſunt illæ  
Ioannis diuinæ fenestræ,per quas  
ſapiētia recipitur,& ſuper orum  
amor comparatur . Hæ ſunt in-  
telle&tus atq; voluntas,quorū voces  
nil aliud præter fidem,ſpeim et cha-  
ritatem eſſe fatemur. Ad has itaq;  
cataractarum voces altissimas,qua



ex profunda Ioannis abyssi prorū-  
punt, suscitatur abyssus illa diui-  
nitatis in C H R I S T O , insur-  
gūt hæc voces, respondēt illæ , fitq;  
vtrarūq; cōmunio inexplicabilis,  
O altissima idiomatum germani-  
tas: o reconditū mortalibus secre-  
tum vni Ioāni propalatū. Utina i  
christiane lector, ab his arcanis d.  
uelli non posses. Nam quid dulciu-  
tibi aut esse, aut accidere potes  
quid sanctius, quam muniri tanto  
diuinitatis iacramento? In hoc silē-  
tio permanere audire est: in hac si-  
lente musica totos exponere dies  
profecisse est, hæc est vera con-  
sonantia, concentus suauissimus,  
quo creatura hærenс suo factori in  
ipsum versa est, vertitur nempe in  
ipsum postq; sui oblita, solū sapit


que

quæ lui sponsi sunt. Hac veram sa-  
pientiam appellio, ob quam dimittē-  
dus est pater, pelleda mater, profu-  
gandi filij, ut firmius tanto sposo  
copuletur: cuinq; in ea harmoniā  
deuenerit mens cuiusq; christiani,  
poterit quam rectissime illud Pau-  
lvs usurpare, viuo ego, iam nō ego,  
viuit autem in me CHRISTVS.

## Caput. 4.



O ANNES euangeliſta in ſua Apoca-  
lypsi. c. I. inquit. Ego  
sum. △, et, O, prin-  
cipium et finis dicit dñs Deus. In  
figuris polygonijs, hoc eft pluriū  
angulorum, prima figura eft litera  
△ id eft triāgulus æquilaterus, vlt  
d v na



timā, sed non polygonia, est literā,  
O. quæ omnium figurarum est ca-  
pacissima. Nemo christianorum  
intra ambitum literæ, O, recipie-  
tur, si non fecerit prius moram in  
litera  $\Delta$ . quæ principium est &  
fundamentum christianæ religio-  
nis, in quo principio vna est esse i-  
tia et tres personæ. Qui ergo acce-  
dere cupit ad Deum infinitum e-  
capacissimum, per literam. O, si-  
gnificatum oportet prius credat  
ipsum esse vnum et trinum, vnum  
in essentia, et trinum in personis,  
quod per literam.  $\Delta$ . diximus de-  
signatum. Aduertendi tamen sunt  
lectores quod licet litera.  $\Delta$ . seu  
triangulus æquilaterus per hoc no-  
men IHVH significatus diuinam  
essentiam & tres personas repræ-  
senteret

sentet, prout capite primo diximus  
non tamen ob id omnia quæ Deo  
et tribus personis competunt, per  
ipsum comprehendere valemus,  
Sicut nec per nomen I E S V S ,  
cuius typum illud Tetragramma-  
ton gerebat. Sunt quippe in D e o  
in infinitæ perfectiones , quas huma-  
nus intellectus quamlibet eleuatus  
ummine diuino comprehendere ne-  
quit, immo nec angelicus : etiam  
si infinitos angelos se ipsum in per-  
fectione excedentes Deus creasset  
perinde atq; Polygoniæ figuræ se  
capacitate excedunt : non datur  
angelus qui infinite capax aut per-  
fectus esset . Solus enim Deus in-  
finite capax est , longoq; post se  
interuallo dictos Angelos , quos  
sacra scriptura nonnūquam Deos



Li. De diuino nomine.

appellat, relinquit. Sicut scriptum  
est per prophetam. Quoniam Deus  
magnus Dominus et Rex magnus  
super omnes deos. In figuris poly-  
gonijs annotare licet, si omnes que  
in infinitae sunt, hoc pacto a deo pro-  
ducerentur, quod prima, quae triā-  
gulus æquilaterus est, contineat  
lineas tres, quarum quælibet sit, ve-  
bi gratia, longius udinis vnius digitij  
secunda figura polygonia, quae  
tetragonus, siue quadratus dicitur,  
quatuor digitales lineas habeat, et  
tertia polygonia figura quae pen-  
tagonus appellatur, quinq[ue] digita-  
les lineas possideat, et sic deinceps  
crescant in infinitum, vnicum dunta-  
xat digitali linea auctæ, quibus om-  
nibus basis triaguli probasi habeas-  
tur : dicendum est hac hypothesi


dmissa

admissa , figuram secundam , quæ quadratus eſt, capacitate primā ſu- perare: et tertiam , itidem secundā capacitate vincere . Et de reliquis id eo modo neceſſum eſt fateri. Et quāuis inter has figuras detur vna toto orbe capacior , et alia duplo capacior, et alia triplo, et ſic cōfe- uēter in infinitum ſi procedatur, abuntur infinitæ quacunq; data figura capaciōres, nulla tamē earū eſt capacitatis infinitæ, ex eo quod quælibet eſt polygonia , hoc eſt, multorū angulorum . Colligimus ex his, quāto plures digitales lineaſ cōtinet aliqua dictarum figurarū, tanto alijs nō modo eſſe capacio- rem, verum etiam accedere magis ad rotunditatem, fieri q; literæ ſiue figuræ. O . ſimiliorem. Eſt igitur



Deus.  $\Delta$ . et. O. id est, comparatur triangulo æquilatero & circumferentiæ rotundæ, quæ similitudinem gerit cum, O, triangulo, inquam, quatenus in deo tres æquales personæ sunt, vna tamen essentia, prout in præcedentibus diximus. Comparatur etiam ipsi. non ut finita circumferentia est, cuius puncto medio ad ipsam omnes lineæ ductæ sunt æquales, sed quatenus at circumferentia vniuersis figuris polygonijs capacior, cuius centrum nullibi est. Et peripheriæ, quæ soli deo nota est (duimmodo liceat sic eā appellare) sola duo puncta nobis nota habentur. Hæc sunt illa, quæ extrema sunt lineæ digitalis, quæ in triangulo pro basi accipitur, per quæ duo puncta infinite

nitē rotundæ circunferētiæ migrat  
modo tot efficiantur, quot fieri po-  
ssunt figuræ polygoniæ, quas dixi-  
mus infinitas gigni posse. Ut autē  
huius diuinæ philosophiæ lector  
particeps fiat, figuræ polygonias  
et circulares in hunc modum des-  
cribimus.



¶ O M N E S hæ figuræ polygo-  
niæ, trianguli basim habent velut,  
fundamentū, in immensumq; sur-  
gunt, secunda supra primam, et ter-  
tia supra secundam, ac deinceps  
hoc modo. Sic etiā lineæ circula-  
res concidunt in infinitū, quibus  
idem centrū est, quod polygoni  
figuris. De deo itaq;, qui est. O. id  
est, illa peripheria, vt ita loquamu-  
infinita, quæ soli Deo cognita est,  
sola duo pñcta sunt nobis nota,  
per quæ intelligere licet duas illas  
diuinæ productiones, per duas li-  
teras, HH, in nomine tetragram-  
maton significatas, quas diximus  
etiam designatas fuisse per Hiero-  
miam in illa admirantis dictione,  
A H H, in qua similia duo, HH, ha-  
betur. Itē duæ aliæ vñiones, quæ

in C H R I S T O sunt, per dicta  
 duo pūcta intelligūtur, scilicet, ani-  
 mæ ad corpus & verbi diuini ad  
 eius humanitatē. De vtroq; myste-  
 rio, Trinitate (inquam) et verbi in-  
 carnatione tātum fidem habemus,  
 quæ perinde se habet ad eam sciē-  
 ti m., quæ in cælesti patria reuelata  
 erat beatis, atq; pūctum ad lineam,  
 inter quæ nulla cōp. ratio aut pro-  
 portio esse potest. Et quāquam res  
 ita se habeat, operæ premium tamē  
 est ut viator quicunq; ab hac pun-  
 tuali fide incipiat, si ad deum pro-  
 gredi conatur: sine qua fieri parti-  
 ceps haud potest lineæ circularis,  
 quam diximus esse Deum, ipso di-  
 céte, Ego sum Δ & O, Hoc itaq;  
 dupli pūcto, hoc est, hac dupli  
 fide in illam cælestem Hierusalem



Li. de diuinō nōmī.  
cōscēndemus, in quam, cūm pri-  
mum euecti fuerimus, effluēt duo  
illa puncta in lineas duas, et lineæ  
in superficies, et hæc in solida cor-  
pora : hoc est, intuebimur ipsum  
Deum, & I E S V M C H R I S-  
T V M filium eius non vt duo  
illa puncta, nec vt lineas, imi-  
nec vt superficies, sed vt solida cor-  
pora, non quod corpus sit Deus,  
cum sit spiritualis substantia. Di-  
cere ergo volamus, Deum & eius  
filium I E S V M C R I S T V M  
ad omnem substantiam spiritua-  
lem aliam a se (quales angeli et ani-  
mæ rationales sunt) ita se habere  
ac solida corpora ad superficies,  
& angeli ac animæ, qui substan-  
tiæ spirituales sunt, sic se habēt ad  
corporeas substancialias, vt superfi-


N. cies

Cies ſe ſe habet ad lineas : & eae  
 corporeae ſubſtatiæ perinde ſe ha-  
 bent ad accidentia, atq; lineæ ad  
 puncta. Notitia ergo quæ de Deo  
 eiusq; filio I E S V C H R I S T O  
 ab incolis cæleſtibus habetur, tan-  
 tum excedit eam, quam de eis via-  
 tates habent quantum ſolidam cor-  
 poram ſuperant ſuperficies, immo  
 lineas et puncta. In hoc enim noſ-  
 tra beatitudo & vita aeterna con-  
 ſiftit, vt te deū noſtrū, et quem ad  
 nos miſisti I E S V M C H R I S-  
 T V M cognofcamus, quam cog-  
 nitionem fateinur ſolidam, ſtabi-  
 lem, firmam & perpetuam futu-  
 ram ijs, qui in hac breuis vitæ  
 ſemita permanferint firmiter fide  
 hærentes duobus illis punctis iam  
 enucleatis. A L T E R O modi

Li. De diuino nomine

explicamus diuinitatem literæ;  
O, quam Deum esse Ioannes euā  
gelistat fatetur, facientes eam cir-  
cunferentiam infinitam, sic quod  
in ea vnum dūtaxat pūctum signa-  
ri possit. Nam si triangulus æquila-  
terus (quem diximus esse,  $\triangle$ , literā  
alphabeti primā) sic constiuat,  
quod eius vertex inferiorē locū ob-  
tineat, hoc modo,  $\nabla$ , a cuius cētro  
circūferentia vna ducatur, quæ per  
tria trianguli dati extrema puncta  
transeat, et infinitæ aliæ circunferē-  
tiæ fiant, variato cuiuslibet cētro.  
sic ut omnes migrēt per punctum  
trianguli infimum se linea digitali  
secundum altitudinem excedētes:  
inuenietur tandem vltima periphe-  
ria seu circumferentia, et hoc secū-  
dum nostram imaginationem, cu-

ius tantum vnum pūctum est a noſ  
bis cognitum quod eſt infimū dati  
trianguli pūctūm. Ea quæ diximus  
ſubiecta figura demōſtrat.



¶ Ex hac demōſtratione altius ac  
diuinius contemplari licet , ab illo


c iii



pūnto nobis noto in tota illa pēri-  
 pheria infinita, quæ Deus est, ortū  
 sumere illam lineam literæ **Q** a  
 Deo reuelatæ, quæ vt antea dixi-  
 mus, est circūferentia: adiecta linea  
 egrediente a pūnto medio inferio-  
 ris medietatis. Cui literæ, hoc pro-  
 prium esse videtur, vt semper pē  
 ipsam immediate sequatur. V. si pē  
 feribilis dictio oponatur. Nempe  
 sicut filius dei egressus a sinu sui pa-  
 tris loquut̄ . est nobis quæcunq; a  
 suo patre audiuit , & solum illa: sic  
 nullam locutionem reddere potest  
**Q.** si non fuerit ei adiecta litera.  
 V. per quam patrem generantein  
 filium intelligimus, vt ex præcedē-  
 tibus patet.




Hanc literā. Q. sequens figura demonstrat.




¶ Itaq; per dataī lineām egrediētem a dicta circunferentia in literā Q. intelligimus Filium in diuinis, quatenus egressus ab illa diuina peripheria descendit ad nos, vt factus homo, hominem faceret deū.

¶ ivii Nam



Nā si recte lineam inspexerit lector  
 reperiet eam a non quanto, hoc est  
 a pūcto egressam, et vniiformiter di-  
 fformiter crescere ad mediū vſq; a  
 quo eadē vniiformi difformitate de-  
 crescit vſq; ad non quantū , versus  
 hāc nostrā habitabilē terram, quæ,  
 non quantum , siue punctum d.  
 debet, ad illam, quam diximus, infi-  
 nitam peripheriam relata, vt recte  
 de C H R I S T O per datā lineā  
 significato, vnd psalmi dicatur. A  
 summo cælo, id est, a summa peri-  
 pheria egressio eius , & occursus  
 eius vſq; ad summum eius, hoc est,  
 vſq; ad hunc inferiorem mundum  
 qui summe ab illa peripheria, quæ  
 summum cælum dicitur , videtur  
 distare: in quo factus homo , obijt  
 mortem, quæ etiam suo modo ma-



xime

xime , distat a Deo . Sequamur  
igitur et nos christiani hunc ducto  
rem nostrum C H R I S T V M ,  
qui egressus ab illa circumferentia,  
deo seipsum exinanivit factus obe-  
diens usq; ad mortem, mortem au-  
tem crucis, propter quod exaltauit  
im Deus et dedit ei nomē , quod  
est super omne nomen . Est enim  
C H R I S T V S obis ostium ,  
per quod si quis introierit, saluabi-  
tur, et ingredietur in uiam diuinita-  
tis peripheriam, et regredietur ad  
ipsum C H R I S T V M , deū et ho-  
minē : et in utroq; pascua inueniet.  
Nemo ad Deum migrare potest,  
nisi per C H R I S T V M , cum ipse  
sit via, veritas et vita. Via, per quā  
quicunq; ierit, fine in consequetur  
optatum: veritas, extra quam om-

c v ne




Nē quod est, potest dici mendū :  
 Est etiam vita , qua nos christiani  
 viuimus, sine qua quicunq; viuere  
 videntur mortui sunt. Quod super  
 est notādū in litera Q est, lineam  
 egressam a circunferentia figuram  
 literæ. S, gerere, de qua in præcedē-  
 tibus diximus serpentis esse fig-  
 ram: illius ( inquam ) serpentis, hu-  
 manigeneris h̄ stis , contra quem  
 egressus C H R I S T V S a sum-  
 mo cælo, iu est, ab illa diuinitatis  
 circunferentia pugnaturus , factus  
 est vermis , qui velut serpens mo-  
 saicus Magorum Pharaonis serpē-  
 tes deuoraret , & inferorum seras  
 confringeret. T E R T I O modo  
 literam. O. quam esse Deum euā-  
 gelista Ioannes testatur , declara-  
 mus , circunducendo peripherias


1 finitas

infinitas supra literā. Δ. quæ triángulus æquilaterus est . Sic, vt a punto eius medio prima circunferentia ducatur per pūcta tria extrema dati trianguli: Secunda, habeat idem centrum , & sit vno digito eleuatiōr prima , et tertia sit tior secunda: vno etiam digito supra idem centrum ducta : Et consequenter fiant infinitæ circunferentiæ retento eodem centro, quæ altitudine distent se excedentes linea digitali. Quo pacto vltima ( si sic eā appellare licet) soli Deo cognita erit, cuius cētrum ubiq̄ erit, et ipsa peripheria nusquam. Sequens figura quod dictum est demonstrat.





OMNES circūferētiæ du&æ  
præter vltimam, si daretur, quæ so-  
lū li deo cognita esset, habent idem  
centrum in medio trianguli locatū  
vltima vero illa, quam diximus soli  
deo cognitam esse, et idem centrū  
et infinita alia habet, quandoquidē  
a quocunq; puncto ad eam lineæ




ductæ sunt infinitæ longæ, ac per con-  
sequens earum nulla est alia maior  
aut minor. Licebit contemplari, si  
ab eodem punto, hoc est, a non  
quāto, cresceret corpus, verbi gra-  
tia, aqua secundum omnem posi-  
tionem in infinitum, quocunq; in  
dato corpore punto signato, pos-  
se dici ipsum dicti corporis centrū  
esse, cum undequaq; linea protra-  
hatur, crescet in infinitū, et cuiusq;  
talis linea initium nobis cognitum  
esse potest: finis vero minime. Da-  
to igitur tali ac tāto corpore in infi-  
nitum undequaq; protenso, haud  
ambiguum nobis erit: Deum bene-  
dictum in toto dato corpore esse, et  
in qualibet eius parte. Cuin itaq;  
fide teneamus: Deum ante mundi  
creationem fuisse, operæ preclium

est




est cōtemplari, an fuerit pēr tan-  
tum spatiūm imaginariūm , quan-  
tum repleret dicta aqua si vnde-  
quaq; cresceret in infinitūm. Hoc  
si detur, fatēdūm esse videtur De-  
um extra cælos esse, perinde ac fui-  
set data illa aqua infinita . Quod  
si concedatur, supereft quærēn-  
dūm , sint ne extra cælos angelō-  
rum agmina cōm eo : & vtrum  
animæ beatæ ad eas vſq; partes mi-  
grent, an noñ . Ad hæc omnia et  
alia id generis quæsita , nil profi-  
teri audemus, ne in id maledictūm  
incidamus , scrutator maiestatis  
opprimetur a gloria. Sensum Do-  
mini quis cognouit , aut quis con-  
siliarius eius fuit ? Sat nobis erit, vt  
ijs finibus contineamur quibus ille  
diuinus Euangelista et vates Ioan-



nēs se continuit, inquiēs. Ego sum  
Δ. et. O. principium & finis di-  
cit Dominus Deus. Est igitur de-  
us. Δ. et O id est, principium si-  
ne principio, et finis sine fine. Ut  
autem ea omnia, quæ de gene-  
ratione figurarum et infinitorum  
corporum diximus, apertiora sint:  
proponimus modum, quo in fine  
vnius horæ a Deo: addentur facta.  
Vnde si hora, in cuius initio simus,  
diuidatur, per partes proportiona-  
les, minoribus versus fine in termina-  
tis quacunq; volueris proporțio-  
ne, sitq; verbi gratia, proporțio du-  
pla, in cuius prima parte deus creet  
elementum aquæ sub peripheria,  
cuius diameter sit vnius digiti, in  
secunda parte pportionali augeat  
et tandem aquam sic in rotundum

quod



quod eius circunferentia superior  
per vnū digitum vnde quaꝝ distet  
ab inferiori. In tertia vero parte p-  
portionali augeat aquam priorem  
in orbem, cuius superior circunfe-  
rentia distet a superiori secundæ a-  
quaꝝ genitæ etiam per digitum quāti-  
tatem vndiquaꝝ : et si sic per ali.  
horæ partes pportionales augeat  
Deus huiusm<sup>c</sup> li aquā . Manifestū  
erit in vltimo instāti horæ signatæ  
clementum ex datis aquis aggrega-  
tum, secundum omnem positionē  
infinitū esse, cuius vltima periphe-  
ria (si liceat sic loqui) soli deo cog-  
nita erit . Hoc itaꝝ modo figuræ  
illas in præcedentibus explicatas,  
cum polygonias, tum etiam circu-  
lares poterit lector intelligere expli-  
candas. Quod si intellexerit, nullo

doctore egebit. Nō inficior Aristotelem aliosq; peripatheticos philosophos dicere, infinitum quatenus tale, ignotum esse. Sed hanc sententiam referendā existimo ad intellectum finitum, vt pote angelorum & hominum, qui suapte natura infinitū nequeunt comprehendere. Verū si ad Deū optimū referatur, qui infinitus est, minime est admittenda. Quandoquidem, sicut finitus intellectus sola finita comprehendere potest, sic infinitus infinita. QVOD supereft notandum de literis nominū, IHVH, et IESVS, est, vt, ne a christianis penitus ablitera sit nominis Tetragrammaton IHVH memoria, relictae sunt duas literæ, I. & . H. in hoc abbreviato nomine IH̄S. in quo totidē literæ

f. huius



huius nominis I E S V S habentur  
scilicet. i. et. S. quarum. i. vtriq; no-  
mini communis est et prima, et su-  
perposito apex implet quod super-  
est, ut dictum nomen perfecte pro-  
nūcietur. Nec alienū a vero existi-  
mamus diuinitus factum, ut a tem-  
pore passionis C H R I S T I h̄oc  
nomē abbreviatum IHS in chris-  
tianorum noctiam venerit ad hoc  
usq; tēpus, et ipsum in christiano-  
rum mentiōis credimus duraturū  
usq; ad sāculi finem. Hoc nomen  
est illud verbum breuiatū quod fe-  
cit Dominus super terrā, prout ex  
Esaia & diuo Paulo colligi potest.  
Nec inficior posse dici, literam. H  
apud græcos appellari, Ita, quæ a-  
pud latinos in, E, longum vertitur,  
& ob id sub breui dictione hoc no-


mē IESVS fuisse contractum siue  
abbreviatum sub hac forma, IH<sup>S</sup>,  
vbi apex vim duarum literarum. S.  
et. V. supplere videtur. Sed his nō  
obstantibus priorē nostram expo-  
sitionem existimamus tenendam,  
quum dictum abbreviatum nomē  
literis communibus latinis in anti-  
quissimis libris scriptum sic reperia-  
mus, ih̄s. In quo ambigendum  
non est literam mediam esse aspi-  
rationis notam & non, ita, hoc est,  
**I.** Cū autē nos a nostris maioribus  
nulla nobilitatis mūdanæ insignia  
recepissemus, rati sumus, postquā  
ad sedē apostolatus venim⁹, ea de-  
ligere, quæ noster deus, suo filio cō-  
tulit IESV CHRISTO, cuius uni-  
uersi homines filij sumus. Quæ in-  
signia lōge antecellūt peritura hu-



*i*us fugacis vmbrae insignia. Hæc  
 sunt, nomen abbreviatum, I H S,  
 in calculo albo, id est, silice scintil-  
 las producenti fixum, circuductis  
 ferreis ignilibus quæ suo de more  
 cum silicem tangunt, ignem succé-  
 dunt. Litera vero, quæ huius rei sa-  
 cramentum aperit, hæc est, E X I -  
 M V N T T A N G E N T I A  
 I G N E M, Quæ hispano sermo-  
 ne sic habet. E S L A V O N M E  
 E S T O D A C O S A. Nempe  
 cuin Spiritus sanctus igni compa-  
 retur, qui inter quatuor elementa  
 leuissimus, et actiuissimus est, recte  
 dici poterit christianorū voces Spi-  
 ritus sancti ignem sub silice latentē  
 id est, sub nomine I E S V S exi-  
 mere, et velut e carcere in lucem  
 euchere, dicto nomine fide chris-

Eiana prolatō. Tu igitur lector seg-  
nis ne sis, sed perniciter nomē Do-  
mini I E S V S inuoca, quamlibet  
sis rem aucturus, et firmiter tene, te  
dictum nomen fide formatū pro-  
ferentem, lumem Spiritus sancti re-  
cepturū, quo mēs tua illustrata vel  
consequetur quod cupit, vel cog-  
noscat beneficium maius, quod ei  
præstat Deus in postulati negatio-  
ne. Ut autem dicta insig-  
nia melius  
deprehēdātur, ea duximus in hūc  
modum depingenda.






## Caput. 5.

CVM apud diale<sup>t</sup>icos (quibus hac  
vra in re tribuēda est fides ) nomē pro-  
prium

triū, singulare et discretū dicatur,  
quod de vno tantū prædicari natū  
sit, cōmune autem nomen dicitur,  
quod de pluribus sit natum prædi-  
cari: dubitare et merito quispiam, an  
soli Filio in diuinis competat hoc  
nomen, IESVS, sic quod eius pro-  
prium nomen dicatur, an sic Filio  
competat, q̄ etiam Patri et Spiri-  
tui sancto tribuendam sit. Pro dis-  
soluenda hac dubitatione, quadā  
breui distinctione vtemur. Diui-  
nus Filius sub dupli consideratio-  
ne sumi potest, vna, vt a patre æter-  
naliter genitus, secundum quā præ-  
co ille euangelicus Ioannes ipsum  
accepit in exordio altissimo sui di-  
uini eloquij, cum dixit. In princi-  
pio erat verbum, et verbum erat  
apud deum, et Deus erat verbum

Altera ut huīanatus. Et hanc posteriorem etiam idem vates ostendit paulo post priorem , quando dixit: Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Si itaç Filiū secundum priorem considerationem suīnamus: tunc non soli Filio competit hoc nomen I E S V S , immo sic de Filio dicitur q̄ etiam de Patre & de Spiritu sancto prædicatur. Cum enim idē sit IESVS quod saluator, & Trinitatis opera sint indiuisa ad extra , de qualibet personarū merito dici potest, quādo aliquam creaturā Deus saluat, quod est I E S V S , id est saluator, nec inde inferre fas est, tres saluatores, siue tres Iesus esse. Nam sicut Deo creāte et de nihilo aliquā creaturam in esse redigēte, verum

est Patrem esse creatorem, & Filiū  
esse creatorem, pariter et Spiritum  
sanctū, nec ob id tres creatorēs esse  
fatemur, ſic ad præſens dicimus, pa-  
trein esse Iesum, Filium eſſe Iesum,  
et Spiritum sanctum eſſe Iesum, id=   
est, ſaluatorēm. Sunt nempe hæc  
attributa, Creator, Saluator, ex tē-  
pore toti Trinitati cōpetētia, hinc  
fit, hoc nomē Iesus ſic captum eſſe  
cōmune tribus personis. Quod au-  
tem ſacra eloquia hoc nomen ita  
acceptum efficiant cōmune tribus  
personis, oſtendimus ſic. Primo,  
illud nomen eſſe patris cōſtat per  
illud Ioannis, Ego veni in nomine  
patris mei. Et alibi, pater clarifica  
nominē tuū. Adhuc inferius, mani-  
festauī nomen tuum hominibus,  
quos dedisti mihi de mundo. Hāc  
f v nominis



nominis manifestationem fecerat.  
**C H R I S T V S** in die trāsfigura-  
tionis, in resurrectione Lazari, in  
concionibus ad populum habitis,  
et in singulis alijs miraculis, quæ fe-  
cerat. Hanc manifestationē cog-  
nouerunt Iudæi, cum vna voce in-  
clamantes dixerunt **C H R I S T O**  
sedenti super asinā ingressuro Hie-  
rusalē, Benedic̄us qui venit in no-  
mine domini Hosanna in excelsis.  
Verū ne error gignatur in animo  
inscio, credenti ob adductas auto-  
ritates, vnum esse nomen Patris et  
Filij, sed non Spiritus sancti, osten-  
dimus idem nomē tribus personis  
accommodari, per illud Matthæi,  
Euntes ergo, docete omnes gen-  
tes, baptizantes eos in nomine Pa-  
tris et Filij et Spiritus sancti. In no-  
mine

mine utiq; , non in nominibus in-  
quit Ambrofius Lib. I. de fide. C,  
I. Nomen autem in quo Apostoli  
baptizabant in primitua ecclesia,  
est hoc nomen, Iesus, vnde idē Am-  
brofius Lib. I. de Spiritu sancto.  
Ca. 3. ita dicit. Qui benedicitur in  
**CHRISTO**, benedicitur in nomi-  
ne Patris & filij et Spiritus sancti,  
quia vnū nomen est, potestas vna,  
Et. C. 14. Quis vnitatem separare  
audeat nominis, cū operationis vi-  
deat vnitatē? Sed quid ego vnitatē  
nominis argumētis adstruo, cū diui-  
næ vocis euidēs testimoniū sit, vnu  
nomē esse patris et Filij et Spiritus  
sancti? Scriptum est enim. Ite bap-  
tizantes gentes in nomine Patris  
& Filij & Spiritus sancti . In no-  
mine dixit, nō in nominibus, H̄c  
ille

Li. De diuino nōmine.

ille. Colligitur ergo ipsum esse tri-  
bus personis cōmune. Supereft di-  
cendum, datum nomen Iesus, foli  
filio in diuinis non simpliciter, sed  
humanato competere. Hanc rem  
aperit nobis Lucas ita inquiens. Et  
ait Angelus ad eam, ne timeas Ma-  
ria, inuenisti enim gratiā apud De-  
um, ecce concipies in vtero et pa-  
ties filium, et vocabis nomen eius  
**I E S V M**, et inferius, postquam  
cōsumati sunt dies octo, vt circun-  
cideretur puer, vocatum est no-  
men eius **I E S V S**, quod voca-  
tum est ab Angelo priusquam in  
vtero conciperetur. Idem itaq; no-  
men, quod est diuinis personis cō-  
mune, effectum est singulare ver-  
bo incarnato, De hoc in vtraq;  
significatione accepto, loquitur

Paulus

Paulus ad Philippes, dedit illi no-  
men, quod est super omne nomen  
ut in nomine I E S V omne genu-  
flectatur cælestium, terrestrium, et  
infernorū. Sed occurret alicui du-  
bitatio, quid in causa est, quod non  
tribuitur tanta dignitas et venera-  
tio nomini, Christus, quāta nomi-  
ni Iesuſ. Dissoluitur facile, si vocū  
ambarum significata declarerentur,  
Christ9, græce significat idē quod  
latine vñctus, hebraice dicitur Me-  
ſias: Vnctio attinet ad C H R I S-  
T V M quatenus homo est, non  
quatenus est Deus. Iesuſ, latine de-  
signat ſaluatorē, ſaluare idest gra-  
tiā et gloriā dare ad IES V M perti-  
net, ſecūdū diuinitatē, nō ſecūdum  
humanitatē. Ob id nomini Iesuſ,  
potius quā nomini Christus, attri-  
butus



Li. De diuino nomine.

bui solet ea dignitas et excellēs ve-  
neratio in ecclesia Domini. Hæc  
quæ hucusq; retulimus in hoc ca-  
pite, non obstant ijs, quæ capite.2.  
diximus: vbi asserebamus nomen  
Iesus absolute, et sine creaturarum  
affectione essentiam diuinam eiusq;  
tres diuinas personas significare,  
quod soli huic nomini diuino com-  
petit. Nam cui æquiuocum sit,  
nec mirum si multa significet, ab-  
solute aliqua, et alia connotatiue.  
Absolute (inquā) ea significat, quæ  
in dicto capite secūdo diximus, cō-  
notatiue vero saluationem : quæ  
cum relatiue dicatur, sine re salua  
intelligi nequit. Præterea illum Ie-  
sum Nauæ Filium, qui teste Hiero-  
nymo Domini typum non solum  
in gestis, verum etiam in nomine  
getebat,

gerebat, per hoc nomē Iesus signifi-  
ficari ambiguū non est. Quo fit,  
datum nomen æquiuocum esse,  
æquiuocum (inquam) non solum  
a casu, verum etiam a consilio. De-  
cuit nempe ut nomen, quod est su-  
per omne nomē, omnium nominū  
accidentia comprehēderet, ea po-  
tissimum, quæ imperfectionem nu-  
llam admittunt. Sed quoniam de  
his diserere ad aliam pertinet facul-  
tatem, sat erit aliqua attigisse.

## Caput. 6.



E L E B R A T V R  
magnis præconijs A-  
ristotelis sentētia, quā  
in libro de anima in-  
seruit



Seruit, quæ sic habet. Accidentia  
maximam opem afferunt ad cognoscendū quod quid est. Appellatur quod quid est, ipsa rei substantia. Hæc sententia, etsi pro substantijs finitis et dependentibus posita videatur, quarū cognitio difficultis est, nos tamen ad eam diuinam substantiā, quæ vere est quod quid est, extendi volamus: ad deum (inquam) ipsum, qui cognitu difficultimus est dicente Ioanne, Deum nemo vidit vñquam. Vnum, accidentium cuiq; substatiæ tributum, est propriū nomen, quod a rei perfectione et proprietate impositum dicimus. De hoc accidente prout **C H R I S T O** competit. Deo et homini differendum est, vt eo cognito, aliquā ipsius, **Quod quid est,** cognitionem

cognitionem habeamus. Dicebatur retro ante saeculis, immo vere sic erat, Deus incognitus: innotuit ab eo tempore quo incarnatus est, et se visibilem praebuit, cui nomine impositum est I E S V S , angelo annuntiante, Et vocabis nomine eius IESVM, quod idem sonat quod saluator. Quod si hoc nomen, fide prolatum, non modo proferentem, sed nonnunquam illum pro quo dicatur saluat, non ab uno duntaxat periculo, sed ab omni, cum corporis, tum animae, (dico fide prolatu) quoniam si secus promatur, in nullo differt a corpore animae experiente, cui nullus est motus, nullaque operatio: Qualis quantaeque virtutis dicendum est verbum ipsum diuinum esse, cui incarnato dictum


g nomen



nomen impositum fuit? Eit fides  
ipsa nominis I E S V S prolatu, seu  
anima ipsum informans. Hac fide  
Apostoli proferentes nomen I E-  
S V S dæmonia ab obfessis eicce-  
runt, languores curarunt, vi-  
triā aduersus mundi tyranos &  
aereas potestates obtinuerūt, mor-  
tuos suscitarunt, et tandem ad reg-  
na cælestia peruenierunt. Si igitur  
tanta est vis huic nomini I E S V S  
fide formato, dignum est fatea-  
mūr, eandem & longe maiorem  
esse in illo Quod quid est, quē De-  
um: primam causam et I E S V M  
**C H R I S T V M** appellamus:  
quandoquidem accidentium nu-  
lla est operatio, quæ ab ipso primo  
principio, cui huiusmodi acciden-  
tia insunt, nō primo & originaliter

emanet,

manet. Ab ipso ergo C H R I S-  
T O illabente , cum eius nomen  
fide formatum profertur , pellútur  
dæmones , fugantur morbi , mor-  
tui resurgunt , & omissis tyranni-  
ca pestis debellatur . Aduerte pre-  
cor christiane lector , expergiscere  
qui dormis , et hanc diuinam phi-  
losophiam contemplandam tibi  
propone , cum proferendum assu-  
mis nomen I E S V S , et scias  
I E S V M quatenus deus est , vbique  
esse , quatenus Deus et homo , in  
cælo , in sacramento altaris realiter  
esse , et in te idealiter . Nam exte-  
rius verbum ate prolatum , ab in-  
teriori proficiscitur . Cum itaque ad  
extra producis nomen I E S V S ,  
intra te possides dei incarnati , id est ,  
**I E S V C H R I S T I** exemplar-



**quod fide si illustretur , tantæ vir-**  
**tutis est motore Deo , vt quæcūq;**  
**petieris facienda , extemplo facta**  
**reddantur verbo I E S V S prola-**  
**to, aut si non contigerit , alialon-**  
**ge maiora beneficia consequa-ris.**  
**Hoc philosophādi genere vſi sunt**  
**: Apostoli in morbis curādis et dæ-**  
**monibus ejciendis . Non obstat**  
**ſi dixerit quis iam C H R I S T I**  
**discipulos nonnunquam in nomi-**  
**ne I E S V præcepisse dæmonibus**  
**abirent a corporibus obfessorum,**  
**qui tamē eorum iussis miniñe pa-**  
**ruerunt. Dicimus ad hoc , rationē**  
**hāc poti⁹ firmare q; inficere quod**  
**diximus. Sic enī habet Matthæus,**  
**Cum venisset I E S V S ad turbā,**  
**accessit ad eum homo genibus pro-**  
**uolutus ante eum dicens, Domine**

misericere


miferere filio meo, quia lunaticus  
est, et male patitur, nam ſæpe cadit  
in ignem et crebro in aquam, et ob-  
tuli eū discipulis tuis, et non potue-  
runt curare eum. Et paulo post,  
curato a CHRISTO dæmonia-  
co, dicitur, Accesserūt discipuli ad  
IESVM ſecreto et dixerūt. Qua-  
re nos nō potuimus eijcere illum?  
Dixit illis I E S V S, Propter incre-  
dulitatem vefram. A nen dico vo-  
bis, ſi habueritis fidem ſicut granū  
ſinapis, dicetis monti huic, transi  
hinc et trāſibit, et nihil impoſſibile  
erit vobis. Hoc autē genus nō eij-  
citur niſi per orationem et ieuniū.  
Plane colligitur, ex defectu fidei  
discipulos non curaffe hominē ob-  
ſeffum. Habuerāt enim fidem, ſed  
languidam, propterea quod eorū

Li. De diuino nōc min.

charitas refixerat: quia adhuc carnaliter sapiebant, contendentes inter se de primatu. Qui autem capturi sunt certamen contra spiritus nequam, decet spirituales esse: quales efficit oratio et ieiunium. Nempe ieiunium carnis illestantimenta et omnia mundi retinacula disrumpit, et plane liberum reddit hominem; oratio vero hominē iam a terrenis ereptum sic vnit Deo, ut in Deum versus videatur. Ob quæ homo mortalis immortaliter viuens, non carnis, Sed Dei opera facere videtur. Hæc sunt, omnem laguorem curare, suscitare mortuos, dæmones deuincere et reliqua id genus miracula virtute nominis I E S V S operari. Quæ dñnia apostoli post deuictam car-

nem

Et in charitate firmati sine hæsita-  
tione credentes fecere, quādoqui-  
dē eorū quilibet **CHRISTVM**  
induerat, adeo sibi **CH R I S-**  
**T V M** indiderant, vt ipfis operāti-  
bus **CH R T V S** operari videre-  
tur. Quam rem Paulus innuit di-  
cēs, Viuo ego, iam non ego, viuit  
autē in me **CHRISTVS**. Qui  
cunq� igitur sic **CHRISTVM**  
induit, vt ei credat, eisq� manda-  
tis pareat, idem cum Paulo fari po-  
terit. Lætare ergo Christiane lec-  
tor, quoniam habes tibi **CH R I S-**  
**T V M** assistentem, quid dico af-  
fidentein? immo illabentem: et te  
ipsum in suos vſus conuertentem.  
et hoc quotiescunq� viribus totis  
**CHRISTO** te præstas. Nec mirū  
ſi polleas ea virtute ac dignitate, vt  
g. iiii quidquia



quidquid egeris, a C H R I S T O  
factū putetur: Sic enīm tuo in cor-  
pore tunc viues, vt extra corpus vi-  
tā agere videaris, sic totus lucebis,  
quod nullis tenebris afficiaris. Scio  
nōnullos signum petere hac in re,  
per quod deprehendere queant se  
christos esse, et de eorum numero,  
quos Deus signauerit, dicens, Noli  
te tagere christos meos. Dicimus,  
petito respondentes. Tunc tempo-  
ris quempiam fieri Christum aut  
potius christū esse (quod intelligo  
per participationē) cū C H R I S-  
T I vitam vixerit, si rerum huius  
mundi fuerit contemptor, si spiritu  
pauper, si mitis, si lugens, si esuriēs,  
si misericors, si pacificus, si obser-  
uandā iustitiā persecutionē patiat-  
ur. E contrario, qui gloriam hu-

ius mūdi venatur, qui diues, qui superbus, qui ferox, qui gaudens, qui ventre plenus, qui absq; misericordia, qui bellator est, qui in nullo obseruandam iustitiam lædi patitur, principem tenebrarū Beelzebub induit, cuius opera nō amplius hominis, sed dæmonis sunt dicenda.

## Capue. 7.



OMEN IESVS  
efficit credētes in ipso  
filios dei. Deducitur  
hæc veritas ex illo Io  
annis. I. Quotquot autem recepe-  
rūt eum, dedit eis potestatē filios  
Dei fieri, his qui credunt in nomi-  
ne eius, qui nō ex sanguinibus, nec  
ex volūtate carnis, nec ex volunta-

g v te



te viri, sed ex Deo nati sunt. Fidei admiranda proprietas hæc est, ut filios Dei efficiat, qui in nomine I E S V S crediderint. Recipere CHRISTVM in terracea domo, cibos et vestes exhibere C H R I S T O, laudatur quidem, sed non sufficit: nec potest hoc præstitum seruitium filios Dei facere. Recipere autem ipsum in sinu mentis, atque inibi educetum fouere nutrireque fidei adhæsione nomen eius proferringo, hoc diuinum, hoc sanctum. Et ob id huiusmodi metes sanctas licebit atque diuinias appellare. Hæc fides virginem deiparam non modo Dei filiam effecit, sed parentem, sed matrem beatissimam. hi ergo qui mente diuinum nomen receperint, sic filij Dei sunt, ut ex Deo na-

dicantur, non ex sanguinibus, nō  
ex voluntate carnis, nec ex volun-  
tate viri. Nam qui ex sanguinibus  
nascuntur, sanguis sunt, et qui ex car-  
ne caro. Est tātē dignitatis ipsa fi-  
des autore Paulo, ut sine ipa impos-  
sibile sit placere deo. Credere(in-  
quit) oportet accedentem ad deū,  
quia est, & inquirentibus se, remu-  
nerator sit. Debet fides ipsa præire  
velut auriga & fax lu- sidissima pā-  
dens viā cungi ad Deū, ad quē ora-  
tione itur. Qua nonnunquā aliqua  
postulantur necessaria oranti. Est  
tantē efficaciē fides, vt de ea dicat  
**CHRISTVS.** Dico vobis omnia  
quęcūq; orātes petitis, credite quia  
accipietis, et eueniēt vobis. Admi-  
randa fidei pprietas et sine precio  
pciosum margaritū. Quæcūq; (in  
quit

quit ipsa veritas) orantes petitist  
credite quia accipietis & euenient  
vobis. Dixit quæcunq; non qualia  
cunq;, hoc est, permanentia, non  
fluida, illa vere sunt, hæc velut vim-  
bra prætereunt. Aduerte quicunq;  
**orator es**, ne cum Deū oras petas  
momentanea & huius mūdi tricas  
inextricabiles, honores, dignitates,  
fallaces diuitijs: immo nec corpo-  
ris valetudo, quantunlibet ægrotā-  
tis semper eit petenda. Hæc enim  
nō sunt entia, sed entium interitus.  
Pete igitur ea quæ vere sunt, si per-  
suadere cupis, si petita impetrare  
desideras. Ea sunt, quæ perpetua  
sunt, quæ diuina sunt, quæ interitū  
haud agnoscunt, quæ necessaria  
sunt ad salutē. Hæc si pie et perse-  
ueráter ac pro se ipso petatur, pos-


tulatum

stulatum erit obtentum : Reliquā  
vero quæ non sunt petēti necessa-  
ria, dantur quādōq; & ut plurimū  
negantur . Quod si a Deo non  
concedantur , prout sæpe contin-  
git, ideo factum putetur, quia non  
conueniunt petenti . Maior Dei  
misericordia ostēditur (inquit Au-  
gustinus) in negatione talium, quā  
in datione . Petiuera instantissime  
Diuus Paulus a Deo auferri sibi  
carnis stimulum, sed non obtinuit.  
Ne enim carnis mortificatione &  
reuelationum magnitudine super-  
biret, permisit Deus ardorem car-  
nis non extingui in eo . Tanto am-  
plius Pauli dotes & virtutes flore-  
bant, quanto in humilitate tena-  
cius firmabātur. Hāc præbuit ipsa  
carnis infirmitas. Petendū maxime

est,



**E**st, Deum nobis illabi, deum ades-  
 se nobis, non solum per essentiam,  
 præsentiam & potentiam. Quan-  
 doquidem a quavis inimiina crea-  
 tura hac trina functione deesse no  
 potest: sed petamus sic nobis ades-  
 se, ut iam nobis ipsi nihil simus, sed  
**D**eo, sic precemur Deum nobis  
 adesse, ut penitus ei subsimus, eo  
 actuemur: ita, ut homines cum si-  
 mus, nihil humanum sapiamus, et  
 mortales, nihil mortiferum patre-  
 mus, et quæcunque per nos fiant,  
 ortum sumat a Deo, qui omnium  
 molitor est et autor. Cujus oratio,  
 mentis in Deum eretio sit, tunc  
 maxime nos orare dicemur, cu  
 penitus nostra mente impetimus De  
 um, non laedentes sed obsequentes,  
cum que sic metem acuerimus, vt



fr̄es illās diuinās personās attinga-  
 nus, tres illas hypostass̄es cū simili-  
 citate et vnitate essentiæ contēple-  
 mur, et rursus ad illa tria, intelligen-  
 tiā applicemus, quæ in C H R I S-  
 T O vno, Deo et saluatore nos-  
 tro habentur, per quem salui su-  
 mus et amissam salutem recupera-  
 uimus, (hæc sunt corpus, anima et  
 verbum, quæ tria s̄imul cum reli-  
 quis tribus enumeratis in illo triā-  
 gulo et nomine tetragammaton  
 pariter et nomine I E S V S dixi-  
 mus intellecta) tunc veri oratores  
 sumus, tūc creditur Deus persua-  
 sus, tunc impetramus petita. At-  
 tende tainē, ne sola apprehensio-  
 ne illa percipias: quandoquidem  
 hæreticus et quiuis infidelis et a-  
 postata id facere queunt. Opus est

igitur



igitur non modo intelligētiā id attingere, sed volūtate hærere, volūtate amplecti, quem amorem Dei & fidem veram appellamus. Quibus positis factus es postulatorum obtentor, ex imperfecto perfectissim⁹, ex mēdico locuplex, ex deformi elegans & ex seruo filius. Audi Ioannem loquentem, Quotquot (inquit) recererunt eum, dedit eis potestatē filios dei fieri, Et ne intelligas de receptione simplicis intellectiæ, nam sic infidelis intelligit, sed quomodo intelligit, nō credit: ideo adiecit, His qui credunt in nomine eius, id est, his qui hærent sacramento per nomen eius intellecto. Hoc nomen est ilius insigne, quo procul fugantur Dæmones. Vnde discipuli missi a C H R I S-

TO

TO pænuntiaturi ciuitatibus Mef  
fiam promissum venisse, redeuntes  
dicunt Domino, Domine, etiam  
dæmonia subijciuntur nobis in no  
mine tuo. Verum etsi ex hac victo  
ria redierint triūphatores, ac perin-  
de gaudentes ut vix iubilationem  
explicare potuissent, Dominus ta-  
men modestius ab eis ambitionis  
venenum propellens, velut sapien-  
tissimus præceptor, hinc in modū  
respōdit. Veruntamē in hoc nolite  
gaudere, quia spiritus vobis subij-  
ciuntur: gaudete autem, quia no-  
mina vestra scripta sunt in cælis.

Ac si diceret, quod vobis spiritus  
subijciūtur, non est ex viribus ves-  
tris: sed subijciūtur atq; succūbunt  
virtute prolati nominis ipsos spiri-  
tus deterrētis: **Quod** vestra nomi-

h na



ñā sint scripta in cælis , hoc sit vo-  
bis gaudium, quod iam velut eme-  
riti milites noua insignia vobis cō-  
paretis, non in qualicunq; loco hu-  
ius inferioris mundi, huius umbræ  
fugacis figenda, sed in loco incor-  
ruptibili, in loco ab omni casu im-  
muni, in cælis (inquam) ipsis. Hoc  
sit vobis gaudiū, hoc sit vestræ vi-  
etoriæ vexillū. Nulla insignia in al-  
tiſſimis illis ſidibus collocātur, præ-  
ter illa quæ sunt electorū. Hoc igi-  
tur ad præsens gaudete saltē spe, re-  
cepturi quā primū ipsam, quæ vo-  
bis parata est, beatitudinē. Vel di-  
camus alio modo, exponētes hunc  
locū, Gaudete autē quād nomina  
vestra scripta sūt in cælis. Vos gau-  
detis quod vi nominis ī mei, quod  
scriptum est in cælis vestris, id est,

mente

mēte, voluntate, memoria, subijcis-  
tis dæmonia: gaudete potius quo-  
vestra nomina sunt scripta in cælis  
hoc est, in ipsis tribus personis cæ-  
latis et recorditis in eo nomine cu-  
ius virtute operamini . Nō est vo-  
bis gaudendum quod nomen nos-  
trum in vobis habeatur , per quod  
fugetis spiritus . Nam et ignis nos-  
tram diuinam virūtē recepit, cum  
tres illos iudæos pueros in fornacē  
ignis missos illęssos tenuit. Nec ob  
id illi gaudere licuit . Sic nec vos.  
Sunt nempe omnia nostræ virtuti  
et ditioni subdita : tū quæ rationis  
capacia sunt, tum , quæ vacant ea.  
hoc gaudete , quod vestra nomi-  
na scripta sunt in cælis : de rebus  
per vos quālibet clare gestis nolite  
gaudere nolite gaudiū vestrū extra

hū vos



**Li. De diuino nōmine.**

vos in alios diffundi:ne videamini arrogantes, iactabundi et huius mundi gloriolam venātes , ne cum alijs damnatis vos ipsos in laqueū carnalium hominum propellatis, audituri, Amen recepistis mercedem vestram , gaudete potius de ignominia cum tolerātia recepta. Sic ludibria sufferte ut de vobis dici mereamini, Nam Apostoli gaudētes a consigetu concilij, quoniā digni habitī sunt pro nomine I E S V contumeliam pati, quæ et si apud homines contumelia dicitur, apud Deum gloria & beatitudo cēsetur. O fœlix commutatio miseriæ in fælicitatem, & fletus in iubilationem. Sic cecinerat vates Dauid . Qui seminant in lachymis, in exultatione metent.

**Caput.**

# Caput.8.



V R R I S fortissimā  
nomē domini dixe-  
rat Salomon in Pro-  
uerbijs. Ecclesia mīli-  
tans ciuitas Dei appellatur . In qua  
cōsiderare licet aliquot partes, quæ  
ipsam reddunt non modo munitā  
sed inexpugnabilem . Atq; impri-  
mis Quatuor tales inuenimus , vt  
pote, antemurale , murum,muro-  
rum custodes , & turrim in medio  
vrbis sitam. Antemurale, quod ciui-  
tatem Dei,eiusq; muros ambit,est  
illa exterarum rerū scientia artium  
liberaliū e<sup>r</sup>t naturalis philosophiæ,  
secundum illud Proverbiorum.9.  
c . Misit ancillas suas vt vocarent  
ad arcem & ad mœnia ciuitatis.

h iii) Pei



Li. De diuino nōmine.

Per has tāquā per primum aditū  
ad diuinorum secreta itur, dicente  
Paulo ad Romanos primo. Invisi-  
bilia enim ipsius, scilicet dei, a crea-  
tura mundi per ea quæ facta sunt,  
id est, per notitiam creaturarū in-  
tellecta conspicuntur: sempiterna  
quoq; eius virtus et diuinitas. Sic  
intelliguntur illa diuina per notitiā  
creaturarum inquit Hieronymus,  
vt nonmodo intellecta verū etiā  
conspēcta dicantur. Placuit nem-  
pe Altissimo tantum suæ diuinita-  
tis exhibere vestigium rebus ipsis  
creatīs, vt nec tātillam rem inueni-  
as quæ non referat suum progeni-  
torem. Audi regium prophetam  
dicentem, Cæli enarrant gloriam  
Dei et opera manuum eius annū-  
sat firmamentum. Quā itaq; visen-

dam

dam sibi delegerit hāc ciuitatē, pri-  
mū ad ipsum antemurale perueni-  
at oportet. Sed in eo moram facere  
totoſ q̄ suæ vitæ annos exponere,  
perinde atq̄ veterū q̄ plurimi phi-  
losophorū fecere , minime proba-  
mus. Eundū igitur est ad eos mu-  
ros quos sacrā paginā appellamus ,  
In quibus videndis amplius remo-  
randū diciimus. Na n sic sistendum  
in eis est , vt dies et noctes expona-  
mus,dicente Dauid, Beatus vir cu-  
ius voluntas in lege dñi est, et in ea  
meditabitur die ac nocte, erit enim  
sicut arbor plantata super riuos a-  
quarū,quæ fructū suū dabit in tē-  
pore suo:cuius folium nō defluet,  
et omne quod fecerit p̄sperabitur.  
Hoc vnū moneo cōsideres , qui-  
cūq̄ philosophiæ christianæ ama-




Li. De diuino nomine.

tor es. Quod omnis tuus amor perficerabitur, modo ab illo proficitur amore, quo legem Domini amas. Horum murorum custodes dicuntur Ecclesiarum prælati, quibus data est cura vigilandi super gregem dominicum, hi sunt veri custodes mandatorum diuinorum, de quibus Esaias dicit. Qui custodierit sabbata mea, et elegerint quæ ego volui, et enuerint fœdus meū, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, et nomen melius a filijs et filiabus, nomen sempiternū dabo eis, quod non peribit. Ad eos prælatos referēda sunt hæc verba, qui in ouile ouium intrarūt per ostiū. Nā qui aliunde sibi hoc munus vendicarunt, fures sunt et latrones non his sed illis dabitur illud nōmē quod

quod est super omne nomen, illud  
nomen quod est melius a filijs et  
filiabus, et est sempiternum, his tā-  
quam præsidibus committitur de-  
fendēda turris fortissima in medio  
ciuitatis sita, quam nomen IESVS  
appellamus, ad quam qui cōfuge-  
rint recipientur illæsi. Aduerte pec-  
cator, quicunq; es, cum oppugna-  
ris vel a dæmone sugerente, vel a  
carne blandiente, vel mundo illu-  
ciente, confugas incontanter ad  
illam fortissimam turrem, dicēdo,  
I E S V S, et tutus eris. Si quispiam  
liuidus, te ad iram prouocarit, si  
euestigio dixeris, IESVS, nō pecca-  
bis, si lubrica carnis spectra iaciat  
mundus, dissoluentur prolatō no-  
mine I E S V S. Et deniq; tante est  
fortitudinis hoc nomen, vt non so-

h v lun.



Li. De diuino nomine.

Iūm te ab omnibus huius mūdi illē  
cebris reddat illesū, sed eo ipso op=   
pugnare poteris & plane deuince=   
re, quæcunq; exorbitantia vniuer-   
sus hostis attulerit. Hācturriū ap=   
pello non solum nomen IESVS,   
dicente Salomone , Turris fortissi-   
ma nomen Domini , sed ipsam   
**C H R I S T I** humanitatem, quæ   
est vera turris fortitudinis a facie   
inimici . Hec est quæ suos mili-   
tes ab omni hostium incursu defen-   
dit, & tunc fortissima turris effecta   
est, cum totam cauernofam reddi-   
derūt pharisei. Nēpe tanto augus-   
tiora redduntur diuina , quāto in-   
fanius impetuntur a carnalibus &   
huius mundi sapientibus, atq; tunc   
ampliter ipsa viuunt, cū creduntur   
fore extincta. Ad hanc **C H R I S-**

I humanitatē foraminibus plē-  
nām, tanquam ad turrim fortissi-  
mam Sapientia diuina ipsum, in-  
quam, humanatum verbum, ac fi-  
lius patris æterni, omnē rationalē  
creaturā inuitat, proferēs illud cāti-  
corū. 2. Surge, propera amica mea  
speciosa mea, et veni colūba mea  
in foraminibus petræ, in cauerna  
maceriæ. Ostēde mihi faciē tuam,  
sonet vox tua in aurib[us] meis, vox  
enim tua dulcis et facies tua deco-  
ra. Non est hic locus diuinus in so-  
lo illo verborū ornatu linquendus.  
Dicamus ergo diuinam sapiētiām,  
cū primum nos in cognitionē rerū  
creatūrū instruētos cognoscit, auc-  
care ab ipsis antemuralibus ad cōf-  
cendēdos muros diuinæ sapiētiæ.  
Nā qui solis rebus creatis hærēt,

pualebs



Li. De diuino nomine.

quales omnes sunt qui carnaliter  
piūt, semper iacere dicútur. Idcir-  
co propere surgendum est, et ipsis  
mūris hærēdū. Quod quum factū  
fuerit ex templo diuinæ sapientiæ  
efficimur amici. Efficit nanq; ami-  
citiam ipsa rerum similitudo. Diui-  
næ sapientiæ illi similes dicuntur,  
qui diuina sapiunt, atq; ob id ipsa  
diuina sapientia eam mentem ap-  
pellat amicān, quæ erepta de ipsis  
ante muralibus proprius accedens,  
muros penetrarit Theologiæ, hæc  
non solū amica dicitur sua, sed spe-  
ciosa sua. Quæ maior ipsi menti  
pulchritudo, et qui ornatus specio-  
sior esse potest diuina illa luce me-  
thaphysica, quæ sic rapit suū posse-  
ssorem ut eum in obliuionem sui  
constituat? adeo quod nil compræ-  
hendere

hendere queat , præter ea, quæ sui  
sunt Domini. Deinde vocat huius-  
modi mentem nomine columbæ,  
inquiēs. Veni columba mea. Adu-  
tus columbæ volatus est . Nempe  
more quadrupedum surgit mens a  
creaturis, ac posteaquam in altum  
coscēderit, murosq; sacræ paginæ  
penetrarit, efficitur amica, efficitur  
speciosa, efficitur columba perni-  
citer volans . Quam volare iubet,  
non in quæcunq; loca, sed in ea pe-  
træ foramina & cauernā maceriæ  
quæ in humanitate sua habentur.  
Petræ foramina sunt illa quinquæ  
vulnera C H R I S T O infixa, ge-  
neris humani redemptori . Vnde  
habere nidum in huiusmodi petræ  
foraminibus est, ea sapere, id est, ea  
pati, quæ C H R I S T V S perfec-  
sus



Li. De diuino nomin.


Ius est. Non enim conceditur tibi  
diuino theologo ea, quæ Dei sunt  
sapere, pro captanda huius mundi  
gloriola, vt triumphes carnaliter,  
sed vt perinde atq; Diuus Paulus  
tuā carnē circuncidas: vt tuo capiti  
**C H R I S T O** respōdeas, Quod  
si feceris, tua facies a **C H R I S-**  
**T O** videbitur, & tua vox in auri-  
bus eius sonabit, erisq; dignus talis  
responso, vox enim tua dulcis &  
facies tua decora. Admirandū hoc  
philosophādi genus est, quod tunc  
vox dulcis dicatur, cum tota ama-  
rulenta in mundo non auditur, et  
tūc facies sit decora, quādo ab omni-  
nibus fœda putatur.

Caput. 6.



N nomine I E S V S  
omne genu flectitur,  
cælestium, terrestriū,  
& infernorū . Philip.

II. Hæc vna Pauli sentēti a demōf-  
trat exhibendā adorationē latriæ  
(quem diuinū cultū soli deo debi-  
tū theologi dicūt) huic diuinō no-  
mini I E S V S. Tres esse adoratio-  
nes in manifesto est, vnā latriā, secū-  
dam, duliā: tertiam hyperduliā. La-  
tria est honor , seu cultus oblatus a  
creatura rationis capace recognos-  
cente deum dominū vniuersi. Du-  
lia est is honor seu reuerentia exhi-  
bita creaturæ rationali , ob inuétā  
in ea excellēntiā. Hoc honoris titu-  
lo adoramus sanctos , veneramur  
parētes, et præceptoribus ac dñis  
spiritualib⁹ et tēporalibus præfas-  
mus



Li. De diuino nomine.

mus obsequiū . Hyperdulia est ea  
reuerentia atq; cultus quem porri-  
gimus alicui sancto ob heroicam  
virtutem , et excellentiam quæ in  
ipso habetur . Hæc adoratio me-  
dia est inter primam et secundam,  
**qua C H R I S T I** humanitatem  
adoramus, et eius beatissimam ma-  
trem . Verum si quatenus verbo  
diuino est vñica sumatur, illa adora-  
tio debetur, quæ latria dicitur,  
quæ sic Dco debetur, quod etiam  
ijs, quæ ipsum Deum maxime re-  
præsentant, accommodari licebit:  
**Cumq; nomen I E S V S** fit velut  
Dei imago per quam concipimus  
diuinitatem ac verbum diuinum,  
decēs est, quoties aut ipsum nomē  
protulerimus , aut ab alijs prolatū  
audierimus, puoluti in terrā ipsum  
adoremus

adoremus, non alio modo quam facimus via cruce, quæ Deū repræsentat in ipsa pendentem, cui latria debetur. Signa exteriora quæ in huiusmodi adoratione frequenter occurunt, sunt detectiones capitum, genuum inflexiones. Hanc adorationem Paulus designarat, cum dixit, In nomine I E S V omne genu flectatur, cælestium, terrestrium et infernorū . Quod tei destrībus animalibus sint genua , ad initium , Verū q̄ cælestia et infera genibus inflecti valeāt non patitur communis philosophia : quando nec cæli animalia sunt, nec angeli corporei esse dicuntur , sicut nec dæmones. Dicamus ergo sacram scripturam metaphoras admittere ad ea intelligenda, quæ captu sunt difficilli-



Li. De diuino nomine:

ma. Exhibere C H R I S T O reuerentiam eius nomine audito, est genuflexionem facere: quod tam in angelis, quam in hominibus & dēmonibus inuenitur. Quod si hic mos seruatur apud omnes mūdi nationes vt superioribus potestatibus siue sacrī, siue prophanis corpora incuruemus, impetentes genibus terram, lōge rōmodius obuoluēda sunt crux C H R I T O viso, eiusq; nomine prolato, et non solū ea genua quæ ossa sunt neruiculis compaginata, sunt curuanda, verū ea quæ inuisibilia sunt, quæ mentis sunt, flectere præcipimur, cum primū C H R I S T I imaginē aut eius nomē mēte cōcipimus. Quod si quis superbe elatus renuerit exhibere reuerētiam tāto nomini, incidet

det in syluam malorum atq; mise-  
riarum . Quid enim dedecorosius  
aut quid deploratius præferocibus  
animis, quibus diuinum nomē cul-  
tui non est, oboriri potest, egestate  
ac maledictione diuina ? Audiēdus  
de ea re est Malachias, qui loquitur  
in hunc modum . Si nolueritis po-  
nere super cor , vt detis gloriam  
nomini meo, ait D̄ minus exerci-  
tuū, mittā in vos ege tātē & male-  
dicām benedictionibus vestrīs . Et  
paulo post, Ecce ego projiciā vo-  
bis brachiū et dispergā super vultū  
vestrū sterlus solēnitatū vestrarū,  
et assumet vos . Est itaq; nomē do-  
mini super cor ponendū , non sub  
corde . Ponūt super cor, quicūq; se  
ipsos inflextunt , nomini I E S V S  
exhibētes eā adorationē quæ latria



Li. De diuinō nomine.

est: ponunt super cor, qui incontā-  
ter audito nomine I E S V S , eum  
recognoscunt principem & domi-  
num, quiq; frugaliores huius mūdi  
apparatus rescindunt , vt hæreant  
**capiti C H R I S T O**, Ponunt su-  
per cor nomen Domini , quibus  
mens perinde nomine IESVS oc-  
cluditur , atq; ipsum carneum cor,  
pellicula tegi ur diaphragmate , p  
quam quid quid a corde sustollitur  
ascendit , et per quam meat quid-  
quid in cor traijcitur. Quum itaq;  
nil a mēte oboritur, nec ad eam re-  
migrat, quod non redoleat nomen  
I E S V S , tunc vere dicemus, supe-  
riorem cordis partē atq; ipsum to-  
tum cor nomen domini subigere.  
**Contra vero nomen dñi sub cor-**  
**de recordunt, qui rebus diuinis seg-**  
nes


nes sunt, quique depulsa C H R I S-  
T I philosophia inuigilat dissidijs,  
exitialibus bellis: præferentes sua in-  
signiter mala synceritati fidei, cha-  
ritatis candori: quo nil improbius  
nil inquinatus esse potest. Sed, vt  
mentem prophetæ aperire valea-  
mus, repetenda sunt verba prius  
posita, quæ peculiariter sacerdotes  
pulsant, quibus annectimus non-  
nulla præcedentis capititis, utraque in  
modū paraphrasis. Ad vos (inquit)  
o sacerdotes, qui despicitis nomen  
meum, mandatū hoc facio, si nolue-  
ritis audire & si nolueritis ponere  
super cor, vt detis gloriam nomini  
meo, ait Dominus exercituum, mi-  
ttam in vos egestatem, et maledicā  
benedictionibus vestris. Vos autē  
dicitis, In quo despeximus nomi-

Li. De diuino nomine.

tuūm? Dico vobis, in eo quod  
offertis super altare meum, hoc est  
super volūtatem vestram, quæ sic  
vestra est, quod etiam meū altare  
est, panem pollutum. Et dicitis, In  
quo polluimus te? Respondeo, In  
eo quod dicitis, Mēsa Domini des-  
pecta est. In eo (inquam) polluitis  
me quod mensam meam despectā  
habetis, Quam tūc maxime despi-  
citis, quum pollutum panem offe-  
rendum mihi collocatis in ea, quid  
pollutius, quid sceleratius, quid fu-  
nestius turpi amore et in fano odio  
quibus mensam meā, quam vobis  
obtuli mundissime scrupulam, fœ-  
datis et in dies despicacōrem effici-  
tis? Si offeratis cæcū animal, ad im-  
molandum, nonne malum est? et si  
offeratis claudum et lñguidum,

non


nonne malū est? Quod si illud duci  
vestro homini obtuleritis, p̄pellet  
nempe vos, neq; faciem vestrā vi  
debit. Quanto ergo rectius ego  
Dominus qui vos creaui, et extinc-  
tos redemi, repellā vos cōtaminato-  
res mēsae meæ? quia noluistis pone-  
re sup̄ cor, superq; mensam meam  
quā vobis dedi, liberū arbitriū, vt  
detis gloriā nomini īeo, filio īeo  
et Christo īeo, mitū ergo in vos  
egestatē atq; omnium honorū ino-  
piā. Erūt apud me maledicta, ves-  
tra omnia benedicta, brachiū ves-  
trum, cui fiditis dissipabo, nec am-  
plius potēs erit: et dispergi permit-  
tā super vultū vestrū sterlus vestrā  
rum solēnitatum, patiarq; vt eodē  
cōsumāmini putenti stercore quo  
meam mēsain fœdatis, scilicet, ini-



**L. De diuino nomine.**

quitate, malitia, fornicatione, auari-  
tia, nequitia, inuidia, homicidio, cō-  
tentione, dolo, et reliquis huius mū-  
di pestibus. Hæc sunt quæ sacerdo-  
tibus proueniunt ex cōtemptu no-  
minis I E S V S , cui omne genu  
flebitur cælestium, terrestrium &  
inferorum. Nam pie credi potest  
cælestes angelos , qui sedentes ad  
monumentū cūnt Mariæ, Muli-  
er , quid ploas? audito responso,  
Quia tulerunt dominum meum,  
decidisse in terram I E S V M ado-  
rantes , quem sub cōmuni nomine  
intellexerūt. Maria autem, visa an-  
gelorum genuflexione, existimans  
aliquem dominum aduenisse, cuius  
gratia incuruarentur angeli, cōuer-  
sa retrorsum, vidit I E S V M stan-  
tem, et nesciebat quia I E S V S es-

set. At vero I E S V S dicit ei, Muli-  
er, quid ploras? quē quāris? illa exis-  
timans, quia hortulanus esset, dicit  
ei, Domine, si tu sustulisti eum, di-  
cito mihi vbi posusti eum? & ego  
eum tollam. Dixit ei IESVS, Ma-  
ria. Conuersa illa dicit ei, Raboni,  
quod dicitur Magister. Hic anno-  
tandum est, Mariam nō cognouis-  
se Dominum & magistrum suū,  
I E S V interrogans per nomen  
cōmune, Mulier quid ploras? at cū  
primum, nomen proprium protu-  
lit C H R I S T V S dicendo, Ma-  
ria, ex téplo recognouit I E S V M  
præceptorem suum, et se ipsam in  
terram piecit, pedes Domini deos-  
culatura, quos aliquādo lachrymis  
irrigatos, suis deterserat capillis.  
Quod si mortalis mulier suo pro-



Li. De diuino nomine.

Priō nomine auditō , conuersā est p-  
ad suum magistrū et præceptorem  
sane credendū est Deū ac CHRI-  
STVM redēptorem nostrū eues-  
tigio conuertēdum ad nos, vbi no-  
men suum proprium, quod est I E-  
S V S , a nobis prolatum audierit.  
Est nescio quid latentis virtutis in-  
singulis pprijs noīminibus, quæ an  
ab ipso totius mundi ordine et uni-  
versali natura tributa sit , an a solo  
Deo, nō est facile dijudicare: Hoc  
tamen vnum fide tenemus et pla-  
ne affirmamus, tantam huic nomi-  
ni I E S V S diuinitatē inesse, quā-  
tam mortalium nemo nec angelo-  
rum aliquis attingere potest . Est  
hoc nomen teste Paulo, super oīm-  
ne nomen , nec solum super oīmne  
nomen humanitus adinuētum, sed  
super

super omne nomen quanlibet diuinum: Quandoquidem cætera diuina nomina communia sunt, hoc proprium, et ita proprium, quod cæterorum omnium cōmuniū virtutes habeat. Procumbunt cælestes angeli prolato hoc nomine etiam si ab eisdem proferatur . Est vero suumillimum, angelū Gabriele in missum legatum ad virginem cum in illum suæ orationis articulum deuenisset , Ecce concipies in utero, et paries filiū, et vocabis nomen eius IESVM, reclinasse et caput et genua . Quod homines ad ipsum nomen prolatum flestant sua genua colligitur ex illo Ioan, XVIII, vbi dicitur. Iudas cum accepisset cohortem et a Pontificibus et phariseis ministros , venit



Li. De diuino nomine.

illuc cum laterñis & facib⁹s & ar-  
mis, I E S V S autem sciens omnia  
quæ ventura erant super eum, pro-  
cessit et dixit eis, Quē quæritis? reſ-  
ponderunt ei, I E S V M Nazare-  
num: dicēs eis I E S V S, Ego sum,  
abierunt retrorsum & ceciderunt  
in terram. Audit⁹ ita q̃ verbo, Ego  
sum, quod idem sonat, quod I E -  
S V S sum, suffigerunt se resupini  
et perterriti at velut exanimes co-  
rruerunt. Habet nomen I E S V S  
hanc vim, vt eos in altum attollat,  
qui seipſos nominis suo submittūt,  
eos vero deprimat, adigat q̃ ad ter-  
rā, qui suopte vitio funestāt sacrū  
nomen. Quod infernorūm genua  
flectātur ad vocē nominis I E S V S,  
clam non est, Nā in his hominibus  
medēdis, quos dæmoniorum legio  
diuexarat,

diuexarat, nulla fuit aptior medela  
nomine I E S V S, cuius inuocatio  
ne elusi dæmones abierunt nunq;  
redituri , et totis suis viribus orbi  
imigrarunt in porcos . Colligi-  
mus ex his quæ ampliter dicta sunt  
ad nomen I E S V S genua vere cæ-  
lestium cum hominum tum ange-  
lorum deflehti suapte virtute exhi-  
bitura adorationem latriam, terres-  
trium ac plene carnarium hominū  
et inferorum genua collabuntur  
reditura nūquam in suos vsus. Ro-  
mani Pontifices, quibus rerum di-  
uinorum cura cōmissa est, cognos-  
cētes pro suo captu numen et diui-  
nitatem huius nominis I E S V S,  
quam accumulatissimas indulgen-  
tias tribuerunt ijs, qui audito nomi-  
ne incōtanter, aut detexerint caput



Li. De diuino nomi-  
nate aut inflexerint genua.

## Caput. IO.

VOCABIT VR nomé eius  
admirabilis, cōfiliarius, deus, fortis,  
Pater futuri sæculi. Princeps pacis  
multiplicabitur eius imperiū, et pa-  
cis non erit finis. Esaias veterū pro-  
phetarū præcipuus hic loquitur de  
nomine Messiae futuri, et vt eius  
nominis dignitatem aperiret, tri-  
buit ei ea attributa quæ ipsi Messie  
cōpetūt, innuens latēter eandē fu-  
turam viim in nomine, quæ et in  
nominato. Habétur in hoc tanquā  
in causa, in illo velut in signo. Vn-  
de Bernardus prophetiæ verba ex-  
ponēs ita inquit, Admirabilis in na-  
tiuitate, cōfiliarius in prædicatio-  
ne, deus in opatione, Fortis in pas-  
sione

fiōne, Pater futuri sæculi in resur-  
rectione. Princeps pacis in ppetua  
beatitudine. Trāsferre licet hæc no-  
mina ad opus nostræ salutis. Et pri-  
mo vocatur, I E S. V S admirabilis  
in nostræ mētis cōuersione. Quid  
enīm admirabilius aut dici aut in-  
telligi potest ipso mentis raptu? in  
quo et eius lapsum cōsiderare de-  
cet et ascēsū, Lapsa niquidē in mil-  
le criminū genera, t. a fœda spur-  
citijs dedita huius mūdi, quæ sic ia-  
cuerat, vt velut sui oblita non quæ  
sua sunt quæreret, sed quæ luciferi,  
adeo vt suā voluptatē suūq; amorē  
in carnis operibus collocaret, nulla  
in ea species nullūq; spēctrum erat,  
quod nō carnis opa designaret: ita  
a se recesserat vt a deo longius ipso  
nihilō migrare videretur, igitur q



Li. De diuino nomine.

ab illo plus nihilo auocetur, ad mirabile quidem est, et longe admirabilius quod surda cum extiterit, vestigio audiat, audiensq; in ipsam rapiatur diuinitatem: cui adeo hæret, ut auelli nequeat: et sic tota splendeat, ac si nunq; tenebris fuerit oppleta: sic deniq; triumphet, ac si nullum certamen fuerit perpesta. Hanc missentis conuersionem quis non dixerit admirabilem? q; si talis est, admirabilior longe erit eius effector C H R I S T V S I E S V S. Secundo, vocatur IESVS consiliarius in nostræ mentis conuersione monita quâplurima præbens. Quotiescunq; subortam in te cognoueris peccati detestacionem, C H R I S T O consolatore id factū dijudica, si amicus, si tuus prelatus

prælatoris, si angelus tibi custos con-  
filiū abigendi scelera & recurrē-  
di ad Deū præbuerit, ipso I E S V  
fautore cognoscere. Tertio, vocatur  
I E S V S Deus, id est, id quo maius  
excogitari non potest. In nostræ  
autem mentis conuersione deitatis  
nomē obseruans, confert conuersæ  
animæ tātum munus, quo suo mo-  
do maius conferri non potest: quā-  
doquidem sese tribuit immeritæ  
menti. Quarto, vocatur I E S V S  
fortis in mentis conuersione, népe  
sola C H R I S T I fortitudine &  
virtute huiusmodi conuersio effici  
potest. Quam rem vates Dauid  
considerare inquit, Cōuertere Do-  
mine & eripe animam meā, saluū  
me fac propter misericordiam tuā  
tanquam si diceret, Licet Rex ego

k sim



Li. De diuinò nōmine.

sim potentissimus, idemq; ab inē-  
te ætate fortissimus, qui tenellus ad  
huc adolescens, cū patris mei gre-  
gem pasccebā, leonem & vrsū in  
agnos irruētes persequebar, eosq;  
percutiens, eruebam de eorum ore  
arietem, quem de medio grege ab-  
stulerant, & apprehenso eorū mē-  
to suffocabā, interficiebamq; eos,  
tantum in mērobur, tanta virium  
fortitudo fuit. Animam tamē meā  
nec conuertere queo, nec de manu  
leonis ipsam eripere valeo, illius (in  
quam) leonis rugientis, qui circuit  
quærens quē deuoret. Quapropter  
supplex postulo, tu qui adeo  
fortis es, quod conuertis petram in  
stagna aquarum et rupem in fôtes  
aquarum, Qui conuertis mare in  
aridam, quiq; fortis et potens es, et

domi

domini nřis potens in prælio, Cōuer-  
tere et eripe animā meam. Nullum  
reor ferocius bellū, nullā atrocio-  
rē pugnām, ea quæ fit in mentis cō-  
uersione, In qua vni CHRISTO  
vniuersæ potestates aereæ opponū-  
tur, opponitur mūdus, pugnat ca-  
ro, in tāto bello hos feroceſ bellato-  
res deuincere ſolus ille potest, qui  
excellēter fortis eſt IESVS, cui p-  
rium eſt animam ſuam affeſtam ē-  
truculētiſ ferocientiū manibus eri-  
pere, atq; illæſam ſeruare. Quin-  
to, vocatur I E S V S Pater futuri  
ſæculi in ipſa mentis conuersione.  
Eſt enim patris vna proprietas, filio  
parare neceſſaria vitæ, altera, præ-  
ſto eſſe ad repellenda occuren-  
tia incommoda: eſt et tertia ve-  
lut præcedentium basis, firmiſſi-



Li. De diuino nomine.

mumque fundamēntū , diligēt̄ et am-  
plius filiūm quam ab eodem diligā-  
tur, ppter quē sæpē numero mortis  
periculo selē exponit. Hæc omnia  
**CHRISTOIESV**, omnium  
nostrum vero parenti, in ipsa mettis  
cōuersione competere non ambi-  
gimus, in qua no solum parat vitæ  
spirituali necessaria animæ lagueti,  
sed tanquam preparientissimus medi-  
cus depellit mnē morbū . Quod  
præsto sit ad repellenda incommo-  
da, ijs potissimum, qui inuocāt eū,  
colligitur ex illo Psalmo, Cum in-  
uocarē exaudiuit me Deus iustitiæ  
meæ, & alibi, In tribulatione mea  
inuocaui Dominum & ad Deum  
meum clamaui, & exaudiuit de te-  
plo sancto suo vocem meam. Et a-  
libi inquit Deus, In tribulatione in-  
uocasti

Oc̄asti me & liberaui te. Quod  
CHRISTI amor in suos chris-  
tos longe antecellat dilectionem  
parentum carnalium quā erga pro-  
prios filios habent, demonstrat illud  
Dauidis, Pater meus & mater mea  
dereliquerunt me, Dominus autē  
assumpsit me. Quod mortis pericu-  
lum subierit CHRISTVS Do-  
minus pro suis ouicis liberandis,  
Esaias ostēdit dicens. Vidiūs eū,  
& nō erat aspectus, & desiderauim-  
us eum despectum & nouissimū  
virorum, virum dolorum & scien-  
tem infirmitatem, et quasi abscon-  
ditus vultus eius et despectus: vnde  
nec reputauimus eum, vere lāguo-  
res nostros ipse tulit, et dolores no-  
stros ipse portauit: et nos reputauim-  
us eū quasi leprosum et percūsum

**Li. De diuino nōmin:**

**S**um a Deo et humiliatū : ipse autē  
vulneratus est propter iniquitates  
nostras, attritus est propter scelerā  
nostra, disciplina pacis nostræ sup  
cūm , et liuore eius sanati sumus:  
omnes nos, quasi oues errauimus,  
vnusquisq; in viam suā declinauit:  
et posuit Deus in eo iniquitatem  
omnium nosū: um: oblatus est quia  
ipse voluit, e non aperuit os suum.  
Sicut ouis ad occisionem ducetur,  
et quasi agnus coram tondente se  
obmutescet, et non aperiet os suū.  
Et paulo inferius dicitur, Tradidit  
in mortē animā suam, et cum sce-  
leratis reputatus est, et ipse peccata  
multorum tulit, et pro transgressio-  
ribus rogauit. Iam vidēdum supe-  
rest, quomodo C H R I S T V S  
accatur Pater futuri sæ uili, non e-  
nit;

ñim p̄tādum est ipsum futurū  
sæculum filiū esse, cuius pater I E-  
S V S sit, est igitur I E S V S qui in  
nostræ mentis conuersione est ad-  
mirabilis, Consiliarius, Deus, For-  
tis, sic Pater futuri sæculi, quod p  
sæculo futuro futurus est pater, qui  
nunquam deseret filium, sed ea que  
filio in sua cōuersione cōtulit mu-  
nera amplificabit in futuro, et qui  
tāquā fortis eripuit animā de infer-  
norum manibus, velut pater, erep-  
tam conseruabit, nutriet atq; bea-  
bit. Et ne credas in illo futuro sæ-  
culo non defuturam pugnam cum  
illis hostibus, dæinone (inquam)  
mundo, carne, sequitur Sexto,  
vocatur I E S V S princeps pacis  
in ipsa mentis conuersione, eo q  
in concordiam redeunt omnes

Li. De diuino nomine.

vires animæ C H R I S T Æ principi  
cipe assistente : cuius imperium sic  
multiplicabitur quod pacis nō erit  
finis. Præsens sæculum duos con-  
trarios fines habet, vñus est malis,  
alter bonis accommodadus homi-  
nibus. Malorum finis discordia per-  
petua est, in fine bonorum, nulla re-  
bellio, nullū dissidium erit, sed pax  
nūquā defutu. I finis dicetur eorū,  
qui C H R I S T I nomen viuētes  
coluerūt. Cōtemplare lector quā-  
ta misericordia fuerit vsus C H R I S-  
T V S I E S V S in tua conuersione,  
qui nō solum pepercit facinoribus,  
verū te speciosis margaritis orna-  
uit, vt qui antea litis fueras et discor-  
diæ fomes, in Hierusalem, quæ di-  
citur pacis visio conuertaris: et qui  
fueras ob peccatum caligo, cōuer-

fus ac C H R I S T V M, Syō effi-  
ciāris, hoc est, numen siue specula-  
tio. Accepto igitur cū Dauid tym-  
pano vel psalterio, lauda tu Hieru-  
salem Dominū , lauda Deum tuū  
Syon, Quoniam confortauit seras  
portarū tuarum, benedixit filijs tuis  
in te: Qui posuit fines tuos pacem,  
et adipe frumenti, hoc est, sapientia  
æterna ac verbo in carnato , cuius  
dulcedo et satietas accipi frumenta-  
ceæ non immerito comparatur, sa-  
tiat te. Hoc pane cōfortantur seræ  
portarū tuarū et benedicūtur filij  
tui in te . Duas animæ esse portas  
fatemur, intellectum et voluntatē:  
per quas rōn solum principes tene-  
brarum subintrant, sed et mundus  
ac caro, quoties eorum iussis pare-  
mus. Cum enim vindictam de ini-

Li. De diuino nomine.

amicō paramus , quid aliud effici-  
mus, quam animæ portas diabolo  
aperire? Cum alienam vxorem ad  
concupiscendum intueris, cum to-  
tus cogitabuadus in rem turpeim  
moueris, nil aliud facis, quam por-  
tas illas tuæ animæ potestatibus in-  
ferorum aperire . Cum â fide su-  
pernorum, â si : attingendæ beati-  
tudinis, ab ipsi perfectionis vincu-  
lo charitate, defeceris: non solum  
animæ tuæ portas aperis , verū in-  
trgressas spirituum impurorū le-  
giones quam plurimas sustines. Ex  
alia parte cū C H R I S T O tuo  
ciusq; præceptis intellectum accō-  
modas ac voluntatem, pente illa-  
bitur velocissimus ille bellator I E-  
S V S , inquiens , Attollite portas  
principes vestras et cleuamini por-

tæ æternales, et introibit Rex glo-  
riæ. In hoc C H R I S T I ingressu  
fugantur mudi potestates, confor-  
tatur seræ portarum tuarum, quas  
prius infregerat iniqua dæmonum  
legio. Seræ cōfortatæ sunt tria illa  
vincula diuinitatis, fides, spes, chari-  
tas, quæ absente C H R I S T O  
refrigerata fuerat. Resipiscē igitur  
lector, tu qui iam effectus es Hieru-  
salē et Syon, et lauda in hac tua cō-  
uersione Dominum, lauda Deum  
tuum: quonia in confortauit seras  
portarum tuarum et benedixit fi-  
lijs tuis in te. Nam tu, qui paulo an-  
te filios intra te produxeras in maledi-  
ctionis, modo benedictionis, filios  
procreabis. Nil aliud anima con-  
uersa et C H R I S T O I E S V.  
sponsata percipit, præter di-  
uine,



Li. De diuino nomine.

**n**os amores, extases altissimis: quibus sic rapitur, ut quæ tota extra se videatur, nunquam magis intra se inuenitur. Hæc omnia, quæ diximus competere C H R I S T O in nostræ mentis conuersione, etiam competitunt suo modo nominis I E S V S fide prolatu. Nempe cum datum nomen, sic proferendum sumimus, statuer in mente nostra debemus, nōmodo Deum, quatenus est trinus et unus, verum etiam ut est Deus homo, id est, C H R I S T V S I E S V S in quo fidimus, ac fide tenemus, illico nobis futurum admirabilem consiliarium, cum reliquis attributis et hoc cū primū aliquid in nomine illius ab eius Patre postulamus.




Capi

# Caput.II.



**I**NCENTI (inquit Deus Apocalypsīs. 2.) dabo māna abſcōditum, et dabo illi calculum candidum, et in calculo nōmen nouum scriptū n, quod nemo scit nisi qui accipit. Hominis vita militia est, teste Job : finem militiæ victoriam dicimus, quam cum primū miles fuerit adeptus, legitime certando, coronabitur. Hæc corona est manna Iudæis abſconditum, Christianis reuelatum in vltima C H R I S T I cœna, habetur enim Exodi. 16.c. Deum dedisse manna filijs Israel per Moſem in defertum ductis. Quod cū vidissent dixerunt

ad



Li. De diuino nomine?

ad inuicem , Manhu , quod agni-  
ficit , Quid est hoc ? Quibus ait  
Moses , Iste est panis , quem Do-  
minus dedit vobis ad vescendum ,  
colligat vnusquisq; ex eo quan-  
tum sufficit ad vescendum , fece-  
runtq; ita filij Isrrael , et college-  
runt alius plus alius minus , et men-  
si sunt ad mensuram gomor , ete-  
nim gomor , decima pars est ephi ,  
nec qui plus collegerat habuit am-  
plius , nec qui minus parauerat ,  
reperit minus , sed singuli iuxta id  
quod edere poterant congrega-  
uerunt , dixitq; Moses ad eos , Nul-  
lus relinquat ex eo in mane , qui  
non audierunt eum , sed dimise-  
runt quidam ex eis usq; mane , et  
scatere coepit vermibus et compu-  
truit , et iratus est contra eos Mo-

ses

¶. Colligebant autem mane singuli quantum sufficere poterat ad vescendum , et appellauit domus Isrrael nomen eius Man , quod significat , Quid , quod erat quasi semen coriandri album , gustusque eius quasi similae cum melle . Filii autem Isrrael comedenterunt Man quadraginta annis , donec venirent in terram hab. abilem . Et si hic locus maxime sic accomodus in quo aperiatur tota hæc litera , tamen ne plus æquo longiores simus , aliqua duntaxat declarare decreuimus . Et in primis dicimus , Sicut Manna illud fuit , Iudæis absconditum , sic responſio Mosis dicentis . Hic est panis , quæ Dominus dedit vobis ad vescendum , abscondita fuit . Omnia enim



Li. De diuino nomine:

enim in figura eis contingunt. Fuit autem haec figura completa et responsio in aperto data in ultima cœna Domini: in qua accepto pane, factaque defuper benedictione Dominus I E S V S suis discipulis illum tribuit dicens, Accipite et comedite, hoc est corpus meum. Ac si diceret, In legge scriptum nouistis, Manna datum fuisse profugo Iudeorum populo in cibum: quod cum vidissent, gustassentque in admiracionem rapti, percontantur a Moysi, Quid est hoc? Quibus Moses ait, iste est panis, quem Dominus dedit vobis ad vescendum. Ego autem interrogationi huic, aperte ius respondere, Hoc est enim corpus meum. Bene respondit Moses, verum obscurare: quum diceret, Iste est panis, quem Dominus

Domine dedit vobis ad vescen-  
dum. Appellatione panis totū ali-  
mentū cōprehēditur, sine quo vita  
esse nō potest. Fieri haud potest, vt  
sine alimento viuāt homines. Ego  
sum panis iste, qui de cælo descen-  
di. Sed vt amplius huic quæstioni  
satisfaciamus, annexendam euan-  
gelicam lectionem statuimus, quæ  
sic habet, Ioānis, 6, 35. *Ego sum panis  
vitæ, patres vestri manducauerunt  
Manna in deserto, et mortui sunt:  
Hic est panis de cælo descendens,  
vt si quis ex ipso manducauerit, nō  
moriatur. Ego sum panis viuus qui  
de cælo descendit. Si quis manduca-  
uerit ex hoc pane, viuet in æternū,  
et panis quem ego dabo caro mea  
est pro mundi vita. Hūc panē I E-  
S V M, in spiritu raptus Dauid in-  
telligendum*

**Li. De diuīo nomine.**

telligendū pēr manna depōitā  
uit Psal. 77. cum dixit , Mandauit  
Deus nubibus desuper & ianuas  
cæli aperuit, et pluit illis manna ad  
manducandum, et panem cæli de-  
dit eis, Panem angelorū manduca-  
uit homo . Diximus in parte, quo  
pacto manna Iudæis datū abscō-  
ditum fuit eis: qunc rursus amplifi-  
camus dicent ſc̄ cum caballistis, di-  
ctionē , Mal., idē significare quod  
tota vita hominis, habēt enim sup-  
putādi artem in characteribus he-  
braicis sitam, perinde ac nos in cō-  
munibus Arithmeticæ elementis,  
**I**ta vt vnitatis vim primum elemē-  
tum Aleph cōtineat, et binarij. 2<sup>m</sup>  
elementum. s. Beth, et consequen-  
ter vsq; ad decimum, vndecimum  
valet viginti, Duodecimū Trigin-

ta, et ita deinceps. Cū itaq; in dictio-  
ne hebræa, Man, duo solū sint ele-  
mēta explicita, scilicet, M, et. N.li-  
tera, M, cū sit decimatercia desig-  
nat Quadraginta, et litera, N, quæ  
Decimaquarta est, Quinquaginta  
ostendit: quæ simul collecta nona-  
genariū numerū cōſtituūt, in quo  
hominis tota vita cōſiftit, quod  
enim amplius est, lāguor potius et  
ægritudo cēſetur, dicente Grego-  
rio, Nā etſi lāguor plærūq; ſenibus  
deficit, ipsa ſua ſalus eſt ægritudo:  
id eſt, ipsa ſua ſenectus ægritudo di-  
ci potest. Cæterū quia IESVS eſt  
vita hominū, ipſo dicēte, Amē amē  
dico vobis niſi māducaueritis car-  
nē filij hominis et biberitis eius ſan-  
guinem, non habebitis vitā in vo-  
bis. Qui manducat meam carnē et

1 ii bibit



Li. De diuinō nomine

bibit meum sanguinem, habet vitā  
æternam. Et alibi, Io, I4. Ego sum  
via, veritas et vita. Qui ab hac vi-  
ta, C H R I S T O recedūt, nō vi-  
uunt, sed moriuntur. Colligere fas  
erit ipsum I E S V M, qui tota ho-  
minū vita est, recte significari per  
dictionem Man, in qua Cabalistæ  
totam hominuā vitā collocarunt.  
Dicebatur sur̄s rius nomen, Man,  
idem significare quod quid, ipsum  
autem quid, substantiam et quidi-  
tatem innuere omnibus in aperto  
est. Vera enim quiditas, et id quod  
vere est, solus Deus est, dicente eo  
Exodi. 3. Ego sum qui sum, hoc  
nomē mihi est in æternū. Et hoc  
secundum nostram latinam trans-  
lationem, nam hebræa sic habet,  
ero qui ero. Solus itaq; Deus est,  
qui

qui vere est. Hac vere essendi quietatem dictio Man, importat, quā absconditam Ioannes in sua Apocalypsi dicit tribuendam vincenti. Vere abscondita mundo fuit diuina quiditas incarnato verbo, quod sub velamine passibilitatis venerat natura impassibile, perpetuum mortem quod simper iciter est vita. Hoc Manna absconditum non datur omnibus cognoscēdum: datur his solū qui arreptæ militiæ victores euaserint. Vincenti, dicit deus, dabo manna absconditum. Sed, ut paulo altius rem tractemus videntia est huius militiæ natura, cuius victori triū vendum est manna absconditum. Cum hominum status in vitam actiuā et cōtemplatiuam distribuatur, par est militiam esse

**L. De diuino nomine:**

duplicem, vna attinet ad diuinos homines, altera ad contéplatiuos specta t. Aetui homines in sua militia et certamine tres acies diuersas hostium habent, quarum vna externa dicitur mundus, altera coniuncta est propria caro, tertia, quæ partim externa partiū coniuncta dici potest, est adversarius dæmon. Contemplati homines licet sibi oppositas has acies habere videantur, duas tamen priores, velut deuinas floccipédētes, tertiam infestissimā habent, et tanto atricius bellum ipsis paratur, quanto insensibilius parari dignoscitur. Attende tu quicūq; in vita actiua milites constitutus obserues inter alia stratagemata id potissimum, quod militari sapientes obseruare dicuntur, quibus

quibus ea est sagacitas, ut ante quam  
cum hostibus congregariatur, munitio-  
nes suas actentoria recordant in tu-  
to loco et forti. Appello munimenta  
bellica machinamentaque in acti-  
uo certamine, totam aciem instru-  
mentorum partis sensitivae, ut po-  
te sensoria ipsa videndi, audiendi, olfa-  
ciendi, gustandi, et tactandi. Cae*re* itaque  
ne in deliciarum campo castrame-  
teris. Quod si aliud feceris, victoriā  
hostibus nedium paras, sed iam tri-  
buis. In hac voluptuosa vita, qui fu-  
gam arripiunt, videntes euadunt,  
qui vero congregari conantur, ex tem-  
plo succumbunt. Non est ille tu-  
tus locu*m* ad certandum cum ins-  
trumento oculorum, qui sic eos al-  
licit, ut in impudicitiam inflectat:  
qualis est domus mulierum maxi-



me appositarum, quibus tota cura  
ea est, sic se ipsas ornare, ut oculos  
spectantium rapiant in sui ardore.  
Si corporeis oculis visor esse desi-  
deras, sit tibi pugna cum astris to-  
toq; cælorum ornatu, illos specta-  
bis eorum admirabilem ordinem  
contemplans, videbis motum nul-  
lam intercapelinæ admittentem :  
per diem Solis, et in nocte Lunæ,  
duo Regis akiissimi vexilla prodeū  
tia, ad quæ oculi aspicientes suoq;  
modo dimicantes interitum haud  
habebunt in huiusmodi bello. Nā  
perinde hæc duo signa auxiliaria  
oculos mortalium ad se attrahunt,  
atq; ipsi signiferi in bellis efficere  
solent, cum aduocat suis lignis cir-  
cunquaq; ductis fusam aciem colli-  
guntq; in gyrum. Hac arte auriū  
sensorium


seniorum parādum est ad pugnā.  
 Eius totus locus esse poterit diui-  
 norum hymnorū chorus et tem-  
 plum, in quo conciones ad populū  
 habentur, non prostibulū in quo  
 laſciuientia verba funduntur. Re-  
 liqua sensuum instrumenta ſic pa-  
 randa conſtituēdaq; ſunt, atq; duo  
 hæc, de quibus ſerronē fecimus.  
Quibus omnibus cnode appo-  
 ſitīſ miles actiuus fusis hostibus vi-  
 tor reportabit triumphum. Con-  
 téplatiui milites (vt antea diximus)  
 tanto periculofius ſeſe bello acom-  
 modant, quanto inſensibilius pug-  
 naturos hostes agnoſcunt. Eſt né-  
 pe dimicā im aduersus dæmones  
 et principes tenebrarum, quibus tú  
 natura, tum longa rerum experien-  
 tia tanta eſt industria & in armis

Li. De diuino nōmine.

dexteritas , vt totum pene orbem  
deuicerint. Nam si colūnas Ecclē-  
siæ fortissimas quassauerint demo-  
litiq; fuerint, quibus tota dimicādi-  
vis à Deo tributa esse videtur, quis  
rogo miles inferior adeo fortis erit,  
cui in animo sit congredi cū hosti-  
bus tā sanguinarijs, qui nemini par-  
cūt viuēti in vīdo? Valebit quip-  
pe et cōgredī t̄ resistere, vere con-  
téplatiuus, qui nec auro corrūpitur  
premiturq; more illarū columnna-  
rū , nec vento quatitur superbiæ,  
nec ira excādescēs pusillos infestat,  
nec ciborū appāratu vitā agit Sar-  
danapali: nec a nonaria bustuaria ve-  
filios recipiēs , eos tēp' dei offert:  
nec aulicas vmbras sequutus florē-  
tē vastarit ætatē: nec fœnerator fue-  
rit, Et deniq; qui sic dō viuit, q; mōr-

tuus

tuus sit in mundo, carni & dæmoni,  
quālibet oppugnantibus. Nā in sic  
mortuum non admittitur pugna,  
Qui ergo sic mortui sunt, fugatis  
hostibus viatores euadunt. Exemplū  
licet sumere in duce nostro ac prin-  
cipe CHRISTO, qui tūc militiæ  
lauream reportauit, cū mortem in  
bello est perpeſſus: q̄ i mortē nos-  
train moriendo deſtinxit et vitam  
resurgēdo reparauit. Hæc de mili-  
tia, deq; vero milite dicta sufficiūt.  
Nunc rursus agēdū de viatore, atq;  
videndū est, quo pacto vincēti da-  
bitur māna absconditū et calculus  
albus in quo nomē nouū sit scrip-  
tū, quod nōno scit nisi qui accipit.  
Quod homo unus alterū hominē  
vincat, & unus multos debellet,  
ratio admittit: cæterū quod unus  
scipsum



Li. De diuino nomine:

scipsum velut hostem agrediatur  
ac superet, arduum esse videtur. A  
condito orbe, qui habiti sunt sapiē  
tes admisissent nunquam, Deum  
(quem primam causam dixerunt)  
vnum ac simplicem simul et trinū  
esse: Nam cum simplicitate essen-  
tiæ tres hypostases non concessis-  
sent. Prætereat, quæ earum secunda,  
quæ æterna est, quæ immortalis est  
quæ deus est, temporaliter nascere  
tur, fieret quod homo passibilis et mor-  
talis a ratione exorbitare dixissent,  
quod semel extintus homo resur-  
gat: quod quod simul vniuersi sint redi-  
turi rationē ante iudicē CHRIS-  
TVM in die iuditij nec fateretur,  
et ut in summa dicā, eos quos Ar-  
ticulos fidei appellamus, totis viri-  
bus reieccissent, quippe qui pugnāt,

autem

aut pugnare videntur contra naturalem hominum rationem, Hos quāuis rationi aduersos diiudicent, præcipit Deus collocemus in ipsa mentis ratione, adeo ut illis hæreamus, quibus nullū cum ratione cōmertium apparet esse, Hinc oritur pugna, hīc dissidiū omne paratur. Nam cum homo ideo dicatur homo, quia rationis est particeps, et quam maxime sit ipsa ratio, si Platonī fides tribuatur, fit vt in se ipsum pugnet, se ipsumq; interimat huiusmodi articulos admittendo. Hoc est bellum plusquam ciuile in quo viētus vincens erit: vincenti autē huic (inquit Deus) dabo manna absconditum et reliqua. Militiā hanc aduersus propriam rationem cōtulit nobis nostri parētis Adami labes.



labes primæua: ob quam hæc militia ex templo indita est ei, deo dicē te, in sudore vultus tui vesceris pane tuo. Hominis vultus. ratio est, quæ in regno animæ sic potissima est pars, ut in corpore facies. Quia igitur Pater noster Adamus male vesus est dono illo gratuito, Iustitia. s. originali ac r̄ḡ liquis animædotibus, Iæsus fuit p̄r̄ e & posteris in naturalibus, & maxime in ipsa ratione. Ob quam causam veritates illas diuinæ, quos fidei articulos dicimus, nequimus intelligere. O pus itaq; est cuiq; transgressor, si recuperaturus est panem illum, hoc est, gratiam gratum facienter, quæ Iustitiae originali respondet, premat suā mente in usq; ad emissionem sudoris, credendo illis veritatibus, quibus

per

per naturam læsam assentiri ne-  
quibat . Cum itaq; sic deuictam  
rationem obtainuerit , vescetur pa-  
ne suo , & dabitur ei manna ab-  
conditum , panis , inquam , ille vi-  
tæ , scilicet , diuinum verbum ab-  
sconditum , & calculus albus , hoc  
est , fides formata charitate . Nam  
per calculum , qui petra dicitur ,  
fidem intelligere licet in sacro elo-  
quio , quod ex illo Matthæi . 16.  
deduci potest , vbi habetur , I E -  
S V S interrogauit discipulos suos  
dicens , Quem dicunt homines es-  
se filium hominis ? At illi dixerunt ,  
Alij Ioannem baptistam , alij Eliā ,  
alij vero Hieremiam aut vnum  
ex prophetis . Dixit illis I E S V S ,  
Vos autem quem me esse dicitis ?  
Respondens Simon Petrus dixit ,

Tues

Li. De diuino nomine.

Tu es C H R I S T V S filius Dei  
viui, respondens autem I E S V S  
dixit ei, Beatus est Simō Bariona,  
quia caro et sanguis non reuelauit  
tibi, sed pater meus, qui in cælis est,  
Et ego dico tibi, quia tu es Petrus,  
et super hāc petrā ædificabo eccles-  
fiā meam, et portæ inferi non præ-  
ualebūt aduerſus eam, et tibi dabo  
claves regni celorū, et quodcūq;  
ligaueris super terram, erit ligatum  
et in cælis, et quodcūq; solueris su-  
per terram, erit solutū et in cælis.  
Ex illa Petri responsione, Tu es  
**CHRISTVS** filius Dei viui, quæ  
non fuit euidenter ei nota, nec opi-  
nata, sed fide credita, diuinus inuen-  
tus est beatitudine et summo pon-  
tificio, dicente **CHRISTO**, Bea-  
tus es Simō bariona, dico tibi, quia  
tu

tu es Petrus, & super hanc petram,  
id est, super hanc fidem quā de me  
**C H R I S T O** filio Dei habes, in  
qua Trinitatis et Incarnationis my-  
steriū includitur, ædificabo Eccle-  
siam meā, et tibi dabo claves regni  
cælorum, hoc est, ob talem fidem  
in te habitam de his duobus articu-  
lis, qui fundamenta sunt reliquorū,  
tibi committam Ecclesiam militā-  
tem. Quandoquidem ob fidem,  
quā de me incarnaturo habuit ma-  
ter mea, digna inuenta est quæ me  
filium conciperet, conceptum pa-  
reret, partum educaret et in redēp-  
tionem omnium produceret. Hāc  
fidem theologam et diuinam, quā  
per petram siue calculum intelligi  
volo, dabo albam, dabo candidissi-  
mam, hoc est, charitate munitam,

m

vincenti

Li. De diuino nomine.


Vincenti propriam rationem. Nec  
quempiam moueat sapientes illos  
veterimos huiusmodi articulos di-  
xisse impossibles. Propter illos enī  
per Esaiam et recentius per Pau-  
luim dixerat Deus, Perdam sapien-  
tiam sapientium et prudētiam pru-  
dentium reprobabo. Non solū cal-  
culum cādidūn dabit C H R I S-  
T V S vincēt, sed et nomen nouū  
scriptum in eo. Huiusmodi nōmē  
est I E S V S , quod inter omnia  
Dei nomina vltimū et nouissimū  
est, quod nemo scit nisi qui accipit.  
Hoc nomine in calculo Petri scri-  
pto, confecerat cūcta miracula idē  
Petrus. Tantæ est dignitas hic la-  
pis nomine I E S V S sculptus, vt  
perinde formet quæcunq; tetige-  
rit, atq; sigillum molli ceræ affixū.

Hic

Hic calculus candidus dicto nomi-  
ne formatus, est ille lapis philoſo-  
phicus, quem Alcumistæ adorat,  
quo omne impurum metallorum  
genus, si tactum fuerit, vertitur  
aut in argento aut in aurum pu-  
rissimum. Hic lapis est fides illius  
veri lapidis, de quo Deus per Eſa-  
iam ſic loquitur, Ecce ponam in  
Sion, lapidem ſui tum angula-  
rem, probatum, electum, præ-  
ciosum: & qui crediderit in eum,  
non confundetur. Ponet itaque  
Deus in Sion, id est, in anima co-  
templativa, hoc est, in intellectu  
speculatiuo munito fide, lapidem  
ſumimur angularem, lapidem  
illum de quo dicitur. Lapidem  
quem reprobauerunt ædifican-  
tes, hic factus est in caput anguli-

m ii

Iudei.



Li. De diuino nomine.

*nota*

**Iudæi non admittebant Filium in diuinis, immo in omni diuinorum rerum perscrutatione ipsum repellebant reprobabantq; , veluti lapide ædificio spirituali ineptū , quē tamen Deus Pater in caput anguli constituit. Hunc autem angulum, qui trianguli caput est, explicamus hoc modo. Constat enim tres animæ potentia: Intellectum, Volūtatem, et Memoriam, Triangulum constituere, cuius vertex seu caput est Intellectus, qui nobilissimus inter potētias ī regno animæ dicitur. In hoc capite Triāguli C H R I S T V S collocatur, qui est sapientia Patris . Sapientia tribuitur intellectui, at Amor, qui Spiritus sanctus dicitur, accommodatur voluntati: quæ sola potētiarum amoris est et**

pro

productua et receptiua, Pater vero  
memoriæ locum occupat, Et mé-  
rito quidem, Nam sicut Pater indis-  
uinis fœcundus est, et sua fœcundi-  
tate filium generat, sic memoria  
dicitur fœcunda, quia receptaculū  
est cūstorum, vt sic loquamur, spe-  
cierum. Quadrant igitur naturalia  
diuinis et diuina natūralibus, Nec  
mirum, quādoquidem explicatio-  
nes quedam sunt naturalia cuncta,  
quorum exemplaria ideæ ue sunt  
diuinitas, Pater, Filius et spiri-  
tus sanctus. In intellectu itaq; specu-  
lativo, qui dictus est Sion, ponet  
Deus lapidem summum angularē,  
id est, lapi. m summe angularē,  
**C H R I S T V M**, inquam, in quo  
tria sunt summa, quæ Triangulum  
summe angularē efficiunt, scilicet,

Li. De diuino nomine.

Corpus, anima, diuinitas. Est enim  
**C H R I S T I** corpus summum inter omnia humana corpora, non extensiua magnitudine sed virtute. Anima etiam summa est inter universas animas. Diuinitas autem sic summa est, qua nil maius, nil sanctius excogitari potest. Rursus, hunc lapidem **C H R I S T V M** sic ponet Deus in intellectu, quod sit probatus & electus. De probatione dicitur in Ps. I 6. Probasti cor meum & visitasti nocte, igne me examinasti, & non est in me inuenta iniquitas, & alibi, Domine probasti me, et cognouisti me. Tu cognouisti sessionem meam. De **C H R I S T I**, electione habetur Eccles: 45. Sanctorum fecit illum et elegit eum ex omni carne,

Et

Et Prima Petri , 2 . Lapidem viuū,  
ab hominibus quidem reprehensa -  
tum , à Deo autem electum et ho-  
norificatum . Et Canticorum . 5 .  
Dilectus meus candidus et rubi-  
cundus , electus , quod si candidus  
et rubicundus plane preciosus est ;  
qui speciosus dictus est forma prae  
filijs hominum ps : 44 . Huius la-  
pidis premium est , ut qui credide-  
rit in eum , non confundatur . Qui  
igitur crediderit in hunc lapidem  
summum , angularem , probatum ,  
electum et preciosum non con-  
fundetur , hoc est , qui crediderit  
hunc C H R I S T V M sic esse  
summe angularem ac diximus ,  
probatum et electum à Deo , atque  
preciosum , quæ res dura intel-  
lectui esse videtur , perinde atque

m iiii

lapis



Li. De diuino nomine.

**lapis sensui durus apparet, non cōfundetur, sed permanebit, sed stabit et in æternum viuet.**

## Caput. I Z.



LEVM effusum nō  
mē tuum . Cático.I.  
Qlei multa esse gene  
ra, non ambigimus,  
vnum, et de quō nunc dicemus, est  
oliuarum . Oliuarum oleo multæ  
insunt virtutes, vna, dolorē vulne  
rum mansuetiorem reddere, et nō  
nunquā penitus mitigare , aposte  
mata et quæ diu læsa fuerint mem  
bra in sanitatis habitum redudēdo,  
altera serpentes et reptilia fugare.  
Hæ virtutes in nomine I E S V S  
reperiūtur. In nomine meo (inquit  
CHRIS

CHRISTVS) omnibus verē  
credentibus serpentes tollēt , et si  
mortiferum quid biberint, non cis  
nocebit , super ægros manus im-  
ponent et bene habebūt. Marc. I6.  
Est tātæ dignitatis hoc sanctissimū  
nomen , vt si quis fide munitus ad  
iacētem ægrotum accedat, et præ-  
cipiat sic fando, Pr̄cipio in nomi-  
ne I E S V S abeas. gritudo , abi-  
bit nō amplius redditura, siue pleu-  
ritidē, siue ptysim, seu febrem aut  
quamlibet aliam ægritudinem hu-  
iusmodi æger patiatur . Hoc dig-  
noscitur verū ex illo Petri verbo,  
quod in Actis Apostolorum habe-  
tur, Petr : autem et Ioannes ascē-  
debant in templum ad horam ora-  
tionis nonam, et quidā vir, qui erat  
claudus ex vtero matris suæ baiula-

m v batut



**Li. De diuino nomine.**

Batur , quem ponebant quotidiē ad portam templi quæ dicitur Spe ciosa , vt peteret eleemosynā ab introeuntibus in templum. Is cum vidisset Petrum et Ioannem incipientes introire in templum , rogabat ut eleemosynā acciperet . Intuens autem in eum Petrus cū Ioáne dixit , Respice in nos , at ille intendebat in eos sperare se aliquid accep turum ab eis . Petrus autem dixit , Argentū et aurū nō est mihi , quod autē habeo hoc tibido , In nomine I E S V Christi Nazareni surge et ambula . Et apprehensa manu eius dextera , alleuauit eum , et protinus consolidatæ sunt bases eius et plantæ , et exiliens stetit , et ambulabat , et intrauit cum illis in templum ambulans et exiliens et laudans

dans Deum. Vides lector christia-  
ne nomen diuinum I E S V S pro-  
tinus quum fuit à Petro prolatum  
dedisse claudio crurium rectitu-  
dinem . Hoc est diuinum oleum,  
quod effusum solida efficit mem-  
bra diu languentia et iacentem eri-  
git ægrotantem . Vere Domine  
Deus , oleum effusum est nomen  
tuum . Hoc nominat fide armatus  
christianus quilibet , omne ge-  
nus ægritudinis poterit abolere .  
Sumime autem cauendum hor-  
tor , ne quis diuisionem tentet fa-  
cere in diuinis , credens vi solius  
Filij , cui incarnato nomen hoc  
impositum est , effici miracula .  
Cum igitur hoc nomen I E -  
S V S assumis proferendum statue  
tibi , vnam diuinitatem in tribus  
perso-

Li. De diuino nomine.


personis, a quibus simul futurū cre-  
de quod tibi aut alteri optas, siue  
illud fuerit corporis valetudo, aut  
animi profectus, et fidē in his re-  
ponens obtinebis optatū. Tu igi-  
tur quicunq; ægrotas, fuge lamias,  
fuge impudentes mulierculas, quæ  
impia dæmonum illusione sese ia-  
stant, morbos vniuersos curaturas,  
aliæ renūm dolēs mitigare pro-  
mittunt, duabus in longum porrē-  
ctis arundinibus ægrotantis renes  
attingentibus, obmurmurātes ver-  
ba primo auditu sancta, quæ tamē  
plusquam virulēta esse noscuntur,  
Aliæ venena bibita et omne toxi-  
cum certis quibusdā voc' us inno-  
xium reddere sat agūt, quas, si verus  
**C H R I S T I** miles es, fuge tāquā  
pestilētes et sacrilegas. Habet nāq;  
dēmō

dæmon sua instrumēta suosq; mi-  
nistros, quibus sua miracula effice-  
re cōsueuit, ad fallendos CHRIS-  
TI discipulos, Quæ pseudomira-  
cula facile deuitabis hoc nomine  
I E S V S modo fueris fide muni-  
tus. Quo nomine non solum cor-  
poreas ægritudines deuinces, sed  
eas quæ tanto peritius lædunt,  
quanto nobilius sui etiū inficiunt.  
Habet anima rationalis suos mor-  
bos, perinde atq; sensibilis anima.  
Nā omnē abscellū a virtute, animæ  
morbū appellamus. Eiusmodi sunt  
intemperantia, iniustitia, timiditas,  
imprudētia, impietas, adulterium,  
homicidī, et reliquæ tales pestes,  
quæ omnia animæ virus et putētia  
vlera dici possunt. Hi animæ hos-  
tes eminus fugantur desuper infuso  
ille

**Li. De diuino nomine.**

personis, a quibus simul futurū cre-  
de quod tibi aut alteri optās, siue  
illud fuerit corporis valetudo, aut  
animi profectus , et fidē in his re-  
ponens obtinebis optatū . Tu igi-  
tur quicunq; ægrotas, fuge lamias,  
fuge impudentes mulierculas, quæ  
impiā dæmonum illusione sese ia-  
ctant, morbos vniuersos curaturas,  
aliæ renūm dolūres mitigare pro-  
mittunt, duabus in longum porrē-  
dis arundinibus ægrotantis renes  
attингentibus, obimur murātes ver-  
ba primo auditu sancta , quæ tamē  
plusquam virulēta esse noscuntur,  
**A**liæ venena bibita et omne toxi-  
cum certis quibusdā vocū us inno-  
xium reddere sat agūt, quas, si verus  
**C H R I S T I** miles es, fuge tāquā  
pestilētes et sacrilegas. **Habet** nāq;  
dēmō

dæmon sua instrumēta fuosq; mi-  
nistros, quibus sua miracula effice-  
re cōsueuit, ad fallendos CHRIS-  
TI discipulos, Quæ pseudeomira-  
cula facile deuitabis hoc nomine  
I E S V S modo fueris fide muni-  
tus. Quo nomine non solum cor-  
poreas ægritudines deuinces, sed  
eas quæ tanto peritius lædunt,  
quanto nobilius sui eftū inficiunt.  
Habet anima rationalis suos mor-  
bos, perinde atq; sensibilis anima.  
Nā omnē abſcētū a virtute, animæ  
morbū appellamus. Eiusmodi sunt  
intemperantia, iniustitia, timiditas,  
imprudētia, impietas, adulterium,  
homicidī, et reliquæ tales pestes,  
quæ omnia animæ virus et putētia  
vlera dici possunt. Hi animæ hos-  
tes eminus fugantur deſuper infuso  
ille



Li. De diuino nomine.

illo oleo diuini nominis. Crede in-  
cestuosus & fornicator quicunq;  
es, te has animæ feras debellaturum  
iniesto illo oleo fide delinito in tuā  
ipsius languētem animam. Si imi-  
tatus Petrum præceperis hunc in  
modū, In nomine IES V CHRIS.  
TI Nazareni surge quæ iaces ani-  
ma, ambula atq; ingredere per il-  
lud ostiū, per quod si quis introie-  
rit, saluabitur, & ingredietur, &  
pascua inueniet. Audi modo bucci-  
natorem Bernardū hoc modo di-  
serentem. Nec tantum lux est no-  
men I E S V S, sed est cibus. An nō  
toties confortaris, quoties recorda-  
ris? Quid æque mentem cogitantis  
impinguat, quid ita exercitatos re-  
parat sensus, virtutes roborat, ve-  
getat mores bonos atq; honestos,  
castas


castas fouet affectiones ? Aridus  
est omnis animæ cibus , si non o-  
leo isto infunditur : insipidus est, si  
non hoc sale conditur . Si scribas,  
non sapit mihi , nisi legero ibi I E-  
S V M . Si disputas , aut conferas,  
non sapit mihi nisi sonuerit tibi  
I E S V S , I E S V S mel in ore, in  
aure melos , in corde iubilus . Sed  
est & medicina . Tristatur aliquis  
nostrum , veniat in cor I E S V S ,  
et inde saliat in os, Et ecce ad exor-  
tum nobis lumen , nubilum om-  
ne diffugit , redit serenum . La-  
bitur quis in crimen , currit insu-  
per ad laqueum mortis desperan-  
do , non & si inuocet nomen vi-  
tæ , confessim respirabit ad vitam ?  
Cui aliquando stetit ante faciem Sa-  
lutaris nominis duritia (vt assolet)  
*cordis*



Li. De diuino nomine.

cordis, ignauia torpor, rancor ani-  
mi, languor accidia? Cui ictus forte  
siccatus lachrymarū, inuocato IE-  
SV non continuo erupit vberior,  
fluxit suauior? Cui in periculis pal-  
pitanti et trepidanti inuocatū vir-  
tutis nomen non statim fiduciam  
præsttit, depulit metū? Cui quæ-  
so in dubijs astuanti et fluctuanti  
non subito a p' inuocationem clari  
nominis emicuit certitudo? Cui ad-  
uersis diffidenti, iam iamq' defici-  
enti, si nomen adiutorij sonuit, de-  
fuit fortitudo? Nimirum morbi, et  
lāguores animæ isti sunt, illud me-  
dicina. Deniq' et probare licet. In-  
uoca me (inquit) in die tribulatio-  
nis, eruam te, et honorificabis me.  
Nihil ita iræ impetum cohibet, et  
superbiæ tumorē sedat: sanat liuo-


ris vulnus, reſtringit luxuriæ flu-  
xum, reſtringit libidinis flammam,  
ſitim temperat auaritiæ, ac totius  
indecoris fugat pruriginem. Si qui-  
dem cum nomino I E S V M, ho-  
minem mihi propono mitē et hu-  
milem, corde benignum, sobrium,  
caſtum, misericordem, et omni de-  
niq; honestate ac ſanctitate conſpi-  
cuū, eum deniq; ip. im Deū om-  
nipotentem, qui ſuomet exemplo  
fanet, et roboret adiutorio. Hæc  
omnia ſimul mihi ſonant, cum in-  
ſonuit I E S V S. Hæc ille in ſer-  
mone. i 5. ſuper Cantica. A L I A  
eft olei oliuarū virtus, quæ ad om-  
nia condimētorum diſcrimina va-  
let ſuper infuſum, adeo vſui huma-  
no eft accommodū, vt gentes quæ  
huiuſmodi olei naturam attingūt,



Li. De diuino nomine.

Nihil assumant comedendum non conditum oleo, siue carnes, seu pisces aut quævis legumina apponatur comedenda, quam rem granatenses incolæ, qui de genere Maurorum sunt, inuiolabilē obseruant, & ob id rarissime ægrotant diutissime viuunt: nullos admittūt Apollineos Galenos vel Hippocraticos professores. In oleo illo diuino hæc proprietatē est reperire. Habet anima humana suos cibos, suaq; cōdimenta, quibus, si oleum illud diuini nominis effundatur, vegetatior, sanctorior atq; diuinior euadet. Sed de modo quo effundendū est, ambiget forsan aliquis. Ad quod sic descendūt putamus. Quotiescunq; te accommodas lectioni audiēdæ, aut cōcioni vel orationi aut Come-  
dię,

diæ, aut denique cuiuis elocutioni, eſſunde  
 ffunde protinus illud oleum dicē-  
 do, In nomine I E S V C H R I S-  
 T I, tu quæ ſiles auris mea expergiſ-  
 cere auditura reſonātia verba. Hoc  
 dicto crede mihi lector amātiſſime  
 proderit tibi omnis sermo auditus,  
 etiā ſi immixta bonis fuerint multa  
 laſciua vel impudētia verba. Tanta  
 eſt huius liquoris vi. ut quæ ſancte  
 prolata fuerint, ſanctiora efficiat, et  
 quæ minus ſana emissa ſunt, integra  
 reddantur, aut ſaltem minus læden-  
 tia. Quod de vno ſenu Auditu, di-  
 ximus, transferatur ad reliqua ſen-  
 ſoria. Sunt népe ianuæ primæ noſ-  
 træ animæ ipſi ſenuſus. Idē ſeruandū  
 hortor, quoties verba aſturus fue-  
 ris, vel ad populum vel ad diſcipu-  
 los aut quosuis alios. A L I A olei  
 n ii oliuarum



Li. De diuino nomine.

Oliuarum virtus est, lucere, ignem  
nutrire: et tenebras depellere. Ha-  
bent nautae, et qui maris pericula  
euasere experientia comprobat,  
oleum per aquas fusum luminis splé-  
dorem suscipere adeo ut quae sub  
aquis sunt facile videantur. Qui de  
fundo aut fluminis aut maris rem  
amissam recte perire cupit, accepto  
in ore oleo demergatur quæsiturus  
amissum: cumque primum aquarum  
sedem attigerit, fundat oleum: illu-  
strabitur euestigio ambitus peri-  
pheriae atque locus ad quem deper-  
dita res deuenit. Et quod pluris ha-  
bendum est, vim spirandi exhibet  
in longum tempus. Quid omnia spi-  
ritualiter oleum illud diuinum effi-  
cere affirmamus. Oblato itaque pec-  
candi periculo propere peccator  
confu-

Confugiat accepturus in suum os  
hoc oleum fundendum in mare tē-  
tationum, in quo aliquod suæ men-  
tis monile amisit, si vult recuperā-  
re deperditum. Si enim amiserit pa-  
tientiam, si misericordiam, si pudi-  
citiam, fundat oleum illud dicens,  
**D**omine I E S V C H R I S T E ,  
ignosce loquenti, dignerisq; amissa  
meæ mētis ornamēta in suos usus  
venire, hoc dicto deperdita muni-  
mēta cum fœnore reportabit. Hoc  
est illud oleum quod quinq; prudē-  
tes virgines Matthæi. 25. acceperūt  
in vasis suis cum lampadibus, quæ  
licet dormitauerint, dormierintq;  
ad medium usq; noctem, priuantes  
se illa vita, quæ vigilantibus conce-  
ditur, excitatae tamen sunt earum  
lampades atq; incensæ ab illo flan-

Li. De diuino nomine.

te spiritu media nocte in clamante,  
Ecce sponsus venit, exite obuiā ei,  
et dignæ habitæ vt intrarent cū eo  
ad nuptias. Quinqup autem alijs vir-  
ginibus pariter dormitattibus, qui-  
bus defuit oleū, dum irent quæsitu-  
ræ ipsum, clausa est ianua, quæ re-  
deutes dixerūt, Domine Domine  
aperi nobis. Apillis ab spōso respō-  
sum est, Amen dico vobis, ne scio  
vos. Hinc prudētes dicuntur illæ, qu  
oleū habuerūt, hævero fatuæ quod  
eode caruerunt. Qui ergo ita fude-  
rint in suas animas hoc diuini no-  
minis oleū, vt & animæ et eius tri-  
bus potentij*s* distribuatur, suscita-  
buntur quamlibet dorum. Sientes ad  
vocem sponsi, et propere eorū lu-  
cernæ ardebunt. Quod si lucere v-  
trique oleo cōuenit, par est vt tene-  
bras

bras in ſe nullas admittat, Rē hanc  
diuiniflām in Pauli conuerfione  
inuentā monſtramus. Nam Pau-  
lus, qui antea Saulus & persecutor  
extiterat, audita C H R I S T I vo-  
ce, Saule Saule, quid me perſequen-  
tis, totus perterritus & in terram  
proſtratus, dixit, Quis es Domine?  
cui responſum eſt, Ego ſum I E -  
S V S, quem tu perſequeris: durū  
eſt tibi contra ſtimulum calcitra-  
re Audito itaꝝ nomine illo I E -  
S V S, contaetus illo oleo, fugan-  
tur repente eius inſciæ mentis tene-  
bræ, et totus illuſtratus licet treme-  
ns et ſtupens dixit, Domine, quid  
me viſ facere? Vides lector amatiſſi-  
me Paulu obſequētē, qui paulo an-  
te pugnatiōr vniuersis C H R I S -  
T I hostibus fuerat, et dominum

■ iiiii appellā-

Li. De diuino nomine.

appellantem , cui seruire in animo  
nunqz fuerat. Permáserat tribus die-  
bus apertis oculis, sed minime vi-  
dens, nec enim carneis oculis vide-  
re permittitur, qui tota mete inui-  
gilat circa diuina. Fuerat népe illo  
triduo in paradyso, et verba arcana  
quæ nō licet homini loqui audie-  
rat: cumqz ad le quédum instrumé-  
ta deessent, profupit in hæc verba,  
**O** altitudo diuinarum sapiétiæ et  
scientiæ Dei, quam incomprehen-  
sibilia sunt iudicia eius, et inuestiga-  
biles viæ eius, **O**culus nō vidit, nec  
auris audiuit, nec in cor hominis af-  
cedit, quæ præparauit Deus: ijs qui  
diligunt illum. Nec enim iudicauit  
me scire aliquid inter vos (dicebat  
ide Paulus) nisi IESVM CHRIS-  
**TVM** et hunc crucifixum . Vere  
oleum

oleum effusum est nomē tuū, qui p̄  
pe quod n̄c lucet vt fugatis pecca-  
titenebris gratiam conferat prolo-  
quentibus ipsum. Sed quia incidi-  
mus in Pauli historiam ,rursum de  
ea dignitatē nominis I E S V S col-  
ligamus. Cum existeret ita q̄ Pau-  
lus Damasci in domo Iudæ per tres  
dies adhuc non videns, quamuis ap-  
pertos oculos haberet, Clementissi-  
mus Deus Ananiam Damasci cō  
morantem mittit ad Paulum : qui  
cum primum introiuit in domum  
Iudæ inquit, Saule frater, Dominus  
misit me I E S V S, qui apparuit ti-  
bi in via, qua veniebas, vt videoas et  
implearis spiritu sancto. Et confes-  
tim ceciderunt ab oculis eius tan-  
quam squamæ et visum recepit, et  
surgens baptizatus est. Ex his colli-  
gimus

Li. De diuino nomine.

ligimus, cum primum vox illa I E -  
S V S ab Anania ~~plata~~ attigit aú-  
res Pauli, velut oleū in oculos eius  
effusum, præstítit optatam vidédi-  
aciem, deciderunt ab oculis eius  
squamæ quæ operiebant oculos  
quālibet apertos. Quid aliud putas  
squamas illas fuisse, quam oculorū  
concupiscentiā, quæ omne fere-  
peccatū in mentem traducit? Hanc  
ignis ille diuinus, scilicet, nomē IE-  
S V S menti affixum combusit, &  
in scoriam admodum squamarum  
redegit, quibus decidētibus visum  
recepit. A L I A olei oliuarū pro-  
prietas est, locum superiorem con-  
tinentis occupare, et infra se liquo-  
res reliquos, quibus misceri cōtin-  
git habere. Nam si in amphoram  
aquæ semiplenam, aut vini, aut al-  
terius

terius liquati mixti oleum super infundas, defuper innatabit: cōtra vero si in amphoram oleo dimidiam infundas vel aquam vel vinum aut simile liquatum, petet incontanter vasis fundum et conscendet in elevatiorem amphoræ locum, quod in sede pressiori præfuerat oleum. Tanta est in ipso legitas, ut suapte natura supra se nullū patiatur liquore. Similē vim in diuino oleo est reperire, Paulo buccinatore, humiliavit (inquit loquens de CHRISTO) semet ipsum factus obediens usq; ad mortē, mortē autē crucis: ppter quod et Deus exaltauit illū, et donauit illi nomē quod est super omne nomē. Multa fuisse nomina diuina diximus i præcedētibus, sed quæ ad hoc nomē perīde sese habēt

Li. De diuino nomine:

Atqe cæteri liquores ad oleum, quod super omnem liquorē dicimus residere. Hoc altissimum nomen datum est C H R I S T O ob summā eius humilitatem. Humiliauit (inquit Paulus) semetipsum factus obediens usqe ad mortem, morte autē crucis: propter quod et Deus exaltauit illum et dedit illi nomen quod est super omne nomē. Nihil est adeo placens Deo ac humilitas, non quæuis, sed quæ ab ipso animæ principio, id est, voluntate procedit. Nam multi sunt, quos vi efficit mundus humiles: quosdam hypocrisi quadā ambitio humiliat, neutros vere humiles dicimus, sed eos duntaxat, qui seipso tales reddunt, ut capiti C H R I S T O respondant, agnoscentes se ē nihilo prodijis,

dijſſe, atq; ea lege qua prodierunt,  
in ipsum nihilum commutádos, ni-  
ſi beneficus Deus , quem colunt,  
quem adorát ac dominum gloriá-  
tur habere, eos conſeruaret . **Quis**  
**C H R I S T O** humilior vñquam  
fuit, aut futurus eſt ? **Quis** vñq;̄  
mortalium de ſeipſo loquens dixit,  
Ego ſum vermis & nō homo, op-  
probriū hominū et abieſtio plebis?  
**Hæc** virtus Humilitas in **CHRIS-**  
**TI** matre habita meruit fleſtere ad  
ſe inflexibilem, descender̄ immo-  
bilem , fieri filium, qui Pater om-  
niū eſt creaturarum . **Quia**(inquit  
ipsa deipara) reſpexit humilitatem  
ancillæ æ:ecce enim ex hoc bea-  
tā me dicent omnes generationes.  
Meruit quippe fieri domina, quæ  
ſe ancillā prebuit Domino, ea di-

Li. De diuīne nomine

cēte paranympho salutāti, Ecce an  
cilla Domini, fiat mihi secūdū ver-  
bū tuū. Nulla est virtus adeo fœcū-  
da, quæ tā amplos pariat pfectus,  
et quæ tā præsto sit cā quærētibus,  
ac est humiliitas. Hæc efficit grādia  
omnia quæ æstimātur fore pusilla:  
hæc omniū aliarū virtutū est semi-  
nariū, basisq; frimissima, hanc nos  
docuit CHRIS TVS imitandam,  
qui ita dilexit nos extra viam salutis  
positos, q; passus est à vita quieta in  
exiliū migrare, à diuite in pauperē,  
à domino in seruū, ab immortali ia-  
mortalē, à sūmo honore i sūmā ig-  
nominiā, et deniq; à Deo i hominē.  
Hūc CHRIS TI lapsu veli cōsi-  
deres Christiane lector, et inuenies  
CHRISTVM descēdisse vt te lap-  
sū subleuaret, eriperetq; d manu in  
fernī

fernī, et eundē obijisse, vt incolūnī  
permaneres. Dignū ergo est infle-  
tas genua audito nomine IESVS,  
quod ob C H R I S T I summam  
humilitatē erectum est, ac exaltatū  
instar olei super omne nomen.

## Caput. I 3.




E A T V S vir cuius  
est nomen Domini  
spes eius, et nō respe-  
xit in vanitates et insa-  
nias falsas. De fide egimus in præ-  
cedētibus, demōstrātes fore neces-  
sariā his quibus cōceditur usus diui-  
ni nominis IESVS. Nūc agēdū de  
spe, quæ fādem supponit. Est tantæ  
diuinitatis spes de nomine IESVS  
habita, vt beatam constituat eam  
mentem in qua habetur , modo  
non



Li. De diuino nomine

nō inflexerit oculos in vanitates et  
fallaces insanias . Qui enim beatus  
est, vana sapere non potest: quod si  
vana sapuerit miserum fore cōuin-  
citur. Vana sapiūt et insanias falsas  
respiciunt, quicunq; à C H R I S-  
T O paupere degenerant, qui car-  
nalia metunt ē semine spirituali si-  
moniae nefas patrantes, qui Ponti-  
ficiam tenētes dignitatem, alijs vſi-  
bus sese dederint ouiculas suas mer-  
cenarijs deuorādas linquentes , qui  
molliores ditioresq; lanas obq;  
ampliores apparatus spōsam ac ve-  
ram vxorem relinquunt, alterā in-  
cestuose sumentes: quales dicimus  
Prælatos qui Ecclesiās suas dimit-  
tētes alijs pinguioribus sese dedūt,  
qui manū iniecerint ad aratum et  
demum retro caput verterint, et in  
summa,

summa , qui in ea vocatione stare  
 renuerint, ad quam fuerint vocati.  
 Tu ergo quicunq; spem reponis in  
 nomine I E S V S, caue ne vanita-  
 tibus inuoluaris, Sed dic cum Hie-  
 ronymo, ô miserabilis humana cō  
 ditio, & sine C H R I S T O vanū  
 omne quod viuimus. Si erigi volu-  
 mus prosternamur Absq; notitia  
 enim sui creatoris, omnis homo pe-  
 cus est. Et alibi, perfectus autē seru⁹  
 C H R I S T I nihil p̄ter C H R I S-  
 T V M habet, aut si quid præter,  
 C H R I S T V M habet, perfe-  
 ctus non est. Nec enim ecclesia-  
 stica dignitas Christianum facit,  
 Sed C H R I S T I imitatio. Diuertē  
 di itaq; sūt oculi nostri, ne vana spe  
 stent, aut à nobis, si fortes sumus,  
 aut à C H R I S T O in cuius no-  
 mine



Li. De diuinō nōmine.

mine speramus . Quam re Dauid  
conieqtans in hūc modū concinit,  
Auerte oculos meos ne videāt va-  
nitatē,in via tua viuifica me. Scie-  
bat hominē vanitati similē, et dies  
eius sicut vmbra præterire: ideo sua  
ægritudine agnita, ad Deū confu-  
giens, precatur ipsum, auertat eius  
oculos ne videant vanitatē. Nā nisi  
Dominus ædificauerit domum,in  
vanū laborauerūt, qui ædificat eā.  
Nec sufficienes sumus cogitare a-  
liquid a nobis quasi ex nobis, sed suf-  
ficiēntia nostra ex Deo est. Redea-  
mus nūc ad initiū nostri propositi,  
et dicamus virū illum beatum esse,  
cui spes nomen Domini est, et qui  
rectore Deo non respexit in vani-  
tates & insanias falsas . Tunc Deo  
rectori subijcitur homo,cum quæ-  
cunq;

ennqp fecerit solida sunt , non va-  
na , vera sunt , non falsa , sana sunt ,  
non insana . Contra vero dæmo-  
ni ac tenebrarum principi seſe de-  
dit , qui respexerit in vanitates &  
insanias falsas . Qui aute CHRIS-  
TVM receperit dōminū spemp  
in eo posuerit , dicere potest cum  
Propheta Dauid , D<sup>e</sup>duxisti me ,  
quia factus es spes mea , turris for-  
titudinis à facie inimici . Hæc est  
illa turris de qua diximus in præ-  
cedentibus . Cui itaqp CHRIS-  
TVS est factus spes , eidem effici-  
tur turris fortitudinis a facie inimi-  
ci . Et cui CHRISTVS est tur-  
ris fortitudinis a facie inimici , eidē  
inimicus nocere non potest . Cui  
aute inimicus nocere nequit , in pa-  
ce quiescat oportet . Cui vero pax  
o ii est &



Li. De diuino nomin-  
est & quies, eidem sit et beatitudo  
necessum est. Colligitur ex toto de-  
cursu, illum esse beatum, cuius est  
nomē Domini, idest, IES VS spes.

## Caput. I 4 .



M E N amē dico vobis , si quid petieritis Patré i nomine meo, dabit vobis . Io . 16.

Habent Ianctorum singula nomina particulares prærogatiuas . Nā qui viceratas fauces habet, si recurrat ad Diuum Blasiū et eius nomine precetur Deum , sui viceris sanitatem impetrabit , Et hoc si oratio munita fuerit suis cōaitionibus . Et qui peste fuerit tactus extemplo conualeſcet internuncio Roccho

aut


aut Sebastiano. Qui oculos habue-  
rit laesos aut pallore aut lippitudi-  
ne, vel nubecula testos, Luciae no-  
mine inclarescent. Et qui dentium  
premitur dolore, recurrens ad A-  
polloniam sedabit laedentem pas-  
sionem. Quod autem vnius sancti  
nomine vniuersa posses consequi,  
non datur. Et licet piscinæ Hiero-  
solymitanæ aqua ab Angelo mo-  
ta omnem laguorem corporis tol-  
leret, id tamen semel in anno fuisse  
dicitur, & non omnium accuren-  
tium, sed illius dutaxat, qui primus  
admotam aquam accederet. Verú  
nomen I E S V S nó solum laguo-  
rem omnipotens sanat corporis, sed etiá  
animi: et non vnius præcise homi-  
nis, sed omnium inuocantium, di-  
cente Ioanne, Amen amé dico vo-  
bis.

bis, siquid petieritis Patrem in no-  
mine meo, dabit vobis : siue petieri  
tis corporis sanitatem, siue mentis  
ornatū, modo in nomine meo pe-  
tieritis, dabitur vobis. Tāta est Dei  
bonitas, tanta liberalitas, vt nō mo-  
do bonis petētibus in eius nomine  
concedat quæ petūtur : verum etiā  
quādōq; mali etiam dæmonibus.

**Quām rē videre licet Matthæi. 8.**  
vbi dicitur , Cū venisset I E S V S  
trans fretuim in regionem Gerafe-  
noruim. occurserunt ei duo haben-  
tes dæmonia de monumentis exe-  
entes sæui niūnis, ita vt nemo pos-  
set transire per viam illam , Et ecce  
clamauerunt dicentes, Quid nobis  
et tibi I E S V fili Dei , vénisti huc  
ante tēpus torquere nos? Erat autē  
non longe ab illis g̃rex porcorum

pascens

pascens, dæmones autem rogabat  
eum dicentes, si eijcis nos hinc, mit-  
te nos in gregem porcorum, et ait  
illis, Ite. At illi exeuntes, abierunt in  
porcos. Et ecce magno impetu a-  
bigit totus grex per præceps in ma-  
re, et mortui sunt in aquis. Quia no  
men I E S V protulerat dæmones  
obtinuerunt omne ij, quod petie-  
runt à Domino, & non solum in-  
trarunt in porcos, sed tanq; domi-  
ni eorum facti, eos interemerunt, a-  
quis suffocantes. Nec dubitandum  
puto Iudam Iscariotem suspendio  
cariturū, si post venditū Dominū  
nomine I E S V S fuisset usus, cum  
dixit illud Matth. 27. Peccavi, tra-  
dens sanguinē iustū, et dixisset, Pec-  
caui tradens sanguinē IESV: (mo-  
do ipsum nomē protulisset fide, spe  
o iiij & cha



Li. De diuino nomine.

et charitate formatum). Quam lō-  
ge à Dco recedút, qui sua nominā  
cupiunt per multa sæcula proten-  
dere ex ea historia Genesios depre-  
henditur, quæ hunc in modum se  
habet. Dixerunt filij Adæ, Venite,  
faciamus nobis ciuitatem et turrē,  
cuius culmen pertingat ad cælum,  
& celebremus, nomē nostrum an-  
tequā diuidatnur in vniuersas ter-  
ras. Descendit autem Dominus vt  
videret ciuitatem et turrem, quam  
ædificabāt filij Adæ, et dixit, Ecce  
vnum eūt populus et vnum est labiū  
omnibus, cœperūt hoc facere, nec  
desistent à cogitationibus suis do-  
nec eas opere cōpleant. Venite igi-  
tur descēdamus et cōfundamus ibi  
liguā eorū, vt nō audiat vnisquisq;  
vocē pximi sui. Atq; ita diuisit eos  
Dominus

**Dominus ex illo loco in vniuersas terras, et cessauerūt ædificare ciuitatē, et idcirco vocatum est nomē eius Babel, quia ibi cōfusum est labiū vniuersæ terræ, et inde dispergit eos Dominus super faciem cūtarum regionum. Hæc vna hystoria præcipue inter alias est accuratius relegenda ab hi qui totos dies, totamq; ætatem expédunt pro cōparando nomine dilatandoq; in tēpus perpetuum, hi in construendis domibus, illi in maioricatibus insti tuendis, alij in basilicis putentium cadauerū erigendis, reliqui in multitudine componēdorum libroru, et in cæteris pro voluptatis captu. Hos vniuerlos intuitus Propheta Dauid sic cecinit, Increpaſti gētes, et perijt impius: nomen eorum deſti**

Li. De diuinō nomine.

Iestī in æternū et in sæculūm sæculi. Sed ne sacram illam historiam deserere videamur , annotabimus aliqua cuiq; christicolæ deseruientia . Primum , illud quod dicitur, Venite igitur descendamus et cōfundamus ibi linguam eorum , vt non audiat vnusquisq; vocem proximi sui , quic<sup>l</sup> verbū est Dei Patris loquentis Filio et Spiritui sancto, quo Trinitas in diuinis declaratur . Nec putandum est , Deum alloquutum Angelis( vt tradūt Hebræi ) quorum auxilio non egebat ad confundendā linguam Babyloniam . Sed quia iniuria Deo collata de celebrando humānō nomine, non solum Patri, verum toti Trinitati fiebat: decuit totam ipsam Trinitatem illatam contumeliā repellere.

Iere. Nam Trinitatis opera, quæ ad extra dicuntur, ita sunt indiuisa, ut non contingat vnam personam quipiam efficere, ad quod reliquæ nō concurrant, sicut nec peccare in vna cōtingit, quin cæteræ offendātur. Secundū quod annotadū putamus, esse filios illos Adæ in vniuerfas terras diuifos, q̄r̄ia moliebātur in ciuitate ppria ac turre terracea celebrare nomē suum: innuens per hoc Deus in rebus quæ interitum sunt habituræ, quales sūt r̄es in hoc mundo possellæ, nomen cerebrari non posse. Celebratur autem tunc maxime, cum à propria egredimur terra, prætereuntes omnes carnis cogitationes, tendentes in illam terram, quam se visurum credebat Dauid, quando dixit, Credo videre.



Li. De diuino nomine

'dere bona Domini, in terra viuen-  
tium. Dixerat autem Dominus ad  
Abraham, Egressere de terra tua,  
de cognatione tua et de domo Pa-  
tris tui, et veni in terrā, quam mon-  
strauero tibi, faciamque te in gentem  
magnam, et benedicā tibi, et mag-  
nificabo nomen tuum, erisque bene-  
dictus: non est enim Propheta sine  
honore sineque nomine nisi in patria  
sua et in domo sua. Relinquenda  
igitur est patria et domus carnis, p  
namine comparando æterno: tuncque  
maxime nomen ipsum æternū con-  
sequemur, quum pro Dei nomine  
opera carnis præterimus. Nā om-  
nis (inquit ipsa veritas) cui relique-  
rit domum, vel fratres, aut sorores,  
aut patrem, aut matrē, aut vxorē,  
aut filios, aut agros propter nomē  
meum,

meum, centuplum accipiet, et vitā  
æternam possidebit. Hæc omnia  
tanqz in archetypo licet videre cō-  
pleta in Abraham, quem iam egre-  
ssum de terra sua, de cognatione et  
domo Patris sui, Deus eduxit fo-  
ras, et ait illi, suspice in cælū et nu-  
mera stellas, si potes, et dixit ei, Sic  
erit semen tuum. Cōdidit Abrahā  
Domino, et reputatum est ei ad iu-  
stitiam. Qui enim Abrahā fuerint  
imitati, relinquentes pro Domino  
patriam, cognationem et domum,  
educentur foras a domino, hoc est,  
qui seipso contempserint, nō am-  
plius sui corporis curam habentes,  
efficientur spirituales, ac tūc suspi-  
cient in cælum, id est, in illam diui-  
nitatis extensionem, quam nemo  
suspicere potest viuens, id est, viuē-  
tibus.



Li. De diuino nōmir  
tibūs rebus implicitus , quibus itā  
spectantibus à Domino dicetur ,  
Numerate stellas, si potestis, Di-  
merate(inquām) illa in me conspe-  
cta attributa, que re vera innumerā  
bilia sunt. Sic vestra semina erunt.  
Appellatione seminum intelligun-  
tur fructus qui colliguntur ex se-  
minatis seminib⁹, Nam qui semi-  
nant in lachrymis, non solum a pa-  
rentibus sed a seipsis egredientes,  
in exultatione metent, qui hoc mo-  
d⁹ merūc mundum nauigant in  
mœrōre sua semina committentes,  
tandem venient cum exultatione  
portantes manipulos suos.

Caput. I 5.





OMINVS vir pug-<sup>i</sup>  
nator, omnipotens no-  
men eius. Exodi . I 5 .  
Quod Dominus De-  
us sit vir pugnator, pro his homini-  
bus maxime, qui honorem et glo-  
riam eius defendere satagunt, nullis  
argumentis egeimus. Sed quoniam  
Deus ignoratur a nobis, dicente Es-  
uangelista Ioáne, Deum nemo vidit  
vñquam, cum nec oculis eum specte-  
mus, nec alio sensorio ipsum percisi-  
piamus, immo nec intellectui, in quo  
cōprehendere possimus: cōmuni-  
catur nobis ab eo eius nōmē omni-  
potens, per quod (nisi segnesimus)  
Dei omnipotentiā suo modo cō-  
prehēdere valeamus. Hoc nōmen,  
est nōmē, IES VS, p nōmē illud ve-  
terimū , IH VH, significatū, quæ  
com




**Li. De diuino nomine.**

communio haud fugit nos. Nam  
auribus nostris dictum nomen, cù  
profertur, audimus, et scriptū nos-  
tris oculis spectamus. Supereft, fi-  
de teneamus nomē ipsum IESVS  
esse omnipotens, ad quod velut ad  
sensibile quodam, quod vno quoq;  
fere momēto fari possumus, recur-  
ramus, proferētes et adorātes ipsū:  
cui omnem reuerentiā impēdētes  
deo dicamus, Pater noster, qui es in  
cælis, sanctificetur nomen tuum.

**Bene filius Dei C H R I S T V S**  
**I E S V S** dominus noster dignita-  
tem sui nominis agnouerat, quan-  
do precandi Patrem formam, sub-  
septē petitionibus nobis reliquit,  
**Quarū princeps est, ac prima, San-**  
**ctificetur nomen tuum, Nomen il-**  
**lud sanctificari postulamus, quod,**

solum

solū inter alia Dei nomina est omni-  
potens, Illud, inquā, nōmē quod  
proferentibus magna cōfert bene-  
ficia, qualia virginī Mariæ Deipa-  
ræ ipsum proferenti contulit, dicē-  
lūte ea, Fecit mihi magna qui potens  
est, & sanctum nomen eius. Dictu-  
admirabile nobis videtur, cum fa-  
etis reperimus, si quās casu aliquo  
singruente, grassatores inuadant, li-  
beratos ab his qui de familia sunt  
principis, cuius nomen fugientes  
inuocarunt, etiam domino igno-  
rante: et quod nos christiani cum  
ab hostiis nostris inuadimur, spe-  
bstante Deo ac domino nostro, ita  
segnes simus, vt ne eius nōmē pro-  
feramus, quod omnipotens est ad  
fugandas et interimendas omniū  
hostium acies, ferre nō possumus.



Li. De diuino nōmine.

Quærendum supereft, vnde hæc  
segnities vel potius hebetudo no-  
bis obueniat. Ad hoc dicendū re-  
or, ob nostri primi parentis Ada-  
mi peccatum in nos eius posteros  
omnem animi torporem obuenif-  
se, ac indies incrementum parari.

Nam sicut ille ab Eua eius vxore  
seductus iustitiae originalis splédo-  
rem amisit: sic nos a nostra Sésua-  
litate Eua in omnem ignorantiam  
sumus delapsi, nec ab his dissimiles  
sumus qui tenebris oppleti, quære-  
tes . libi lumē asciscāt crenium  
seu torré naēti ea in parte suo flatu  
fuscitare flāmā satagunt, vbi titio  
viridis est, ignota altera, quæ igne  
sub cineribus fota minimo spiritu  
lucetē porrigeret flāmā. Tu igitur  
amantissime lector christiane, qui

huius

huius mudi tenebras incolis, si cu-  
pis illuminari, titione arrepto caue-  
ne in virentein eius partem effles,  
vti hominum maxima pars spirare  
consueuit: sed ad eam tuum cōuer-  
te flatum, ē qua scintillas quibus  
illustreris excutere possis. Totus  
hic orbis, si recte cognoueris, haud  
ā cremio differt virite, cuius mi-  
nima pars scintillulam habens, ā  
paucis est inuenta. Hanc tibi quo-  
cunq; te vertas, præsto esse vni-  
co verbo pando. Quid enim per-  
nicius ad aures tuas poterit aduo-  
lare hoc verbo ac voce I E S V S,  
& quid ea breuius fari poteris,  
quid manus ad manus te volen-  
te gestare valebis? Porro quotieſ-  
cunq; eam protuleris, quālibet sis  
tenebris tectus, lucē, qua frui pos-  
sis,

Li. De diuino nomine:

fis, suscitabis: lucem, dico, non potentem, sed omnipotentem. Quādoquidem omnipotens est nōmē Domini nostri Dei. Hoc vñ̄ horator imiteris, quod agniculīs seu latēis porcellis, cuim fame premuntur, contingit. Nam perniciter ad vbera matrū confugiunt, non earū caudas ore capturi, sed papillas, nec ipsis apprehensis sat est ad lac quo famem extinguant extrahendum, si non multis et iteratis vicibus suo rostro matrum suarum vera Africuerint, quibus calefactis venæ aperiūtur, ē quibus lac emanans agniculos reddit quietos et afatim pastos. Non secus putamus a nobis christicolis fore agendum, cum fame spirituali angimur, atq; etiam corporali. Configere nem-

pe de

pe debemus ad vbera Dei Patris,  
vt eius papillam , quæ est nomen  
eius,a nobis iam agnatum,ore no-  
stro comprehendamus,et agnicu-  
lorum more vicibus iteratis ipsum  
pronunciemus.Nec ab hoc opere  
desistendum putamus,quoad Dei  
vbera incaluerint.Incalescēt enim  
si perseuerantes et sine hæ sitatio-  
ne,ea in actione permanserimus,et  
tandem ipsum diuinum lac et eius  
gratiam consequemur . Magnifi-  
ceimus igitur christiani 1. <sup>¶</sup>  
Dominum Deum nostrū,et exal-  
temus nomē eius in idipsū. Quod  
si fecerimus , minime ambigendū  
est nos a <sup>¶</sup>tre nostro Deo, eiusq;  
Filio,et Spiritu sancto ita magnifi-  
cari,quod nomina nostra in cælis  
scripta reperiamus.



## Caput. 16.



I R T V T E S adimi  
 rabiles tribuit anti-  
 quitas herbis, la pidi-  
 bus, et verbis. **Quod**  
**in herbis virtutes reperiantur, om-**  
**nibus est manifestum: cum medi-**  
**ciet pharmacopolæ (vt plurimū)**  
**eis vtantur in pharmacis condien-**  
**dis, quæ ægrotantibus usui sunt.**  
**P-terea , experientia didicimus,**  
**'eadem herba ab homine comedesta**  
**interitum gigni, quæ ab alio ani-**  
**mali si comedatur, præbet salutē.**  
**De multis lapidibus h-nd dubia**  
**est virtus, vt pote, adamante, car-**  
**bunculo, Smaragdo, Magnete, et**  
**reliquis selectis lapidibus. De ver-**  
**bis**

bis autē & nominibus oriri posset  
dubitatio hinc, quod Plato innue-  
rit nomina natura, id quod signi-  
fican representare, Aristoteles  
dixerit, non natura, sed secundum  
placitum esse significatiua. Nos  
autem vtrunq; fatemur, et natura,  
et secundum placitū verba ac no-  
mina significare: ve ba (inquā) ac  
nomina, qnæ vocalia sunt, de qui-  
bus futurus est sermo. Sed, vt hæc  
nostra mens melius intelligatur,  
sciendū est, verba et quæuis nomi-  
na duobus modis sumi possunt, vñ  
materialiter, vt nihil præter se ipsæ  
voces repræsentent: & hoc mo-  
do natura et non secūdum placi-  
tum se significant. Altero mo-  
do dicta verba ac nomina sumi  
possunt, & hoc, vt præter se aliud

significant. Sunt enim quædā vo-  
ces quæ præter se nihil significant.  
Et hæc, proprie non significatiuæ  
dicuntur. Quædam sunt quæ præ-  
ter se aliud repræsentat, ut homo,  
**I E S V S**, Petrus Ioannes, et reli-  
qua nomina quæ appellatiua et  
propria dicuntur, et de his est ser-  
mo habedus, <sup>¶</sup> An illud aliud, quod  
præter se significat, repræsentet na-  
tura, aut secundum placitum. Pro  
quo notandum est, voces significa-  
tiuas in duplii differentia reperiri,  
Quædam sunt voces animalium  
irrationalium, quædā in hominū.  
Omnes voces animalium irratio-  
nalium natura significant, et nō se-  
cundum placitum, quæcunq; per-  
huiusmodi voces repræsentantur.  
Habet enim quælibet ouis propriā  
vocem.

vocem qua filium vocat, vt laetetur  
eū, qua audita agniculus filius ac-  
currit ad vbera suæ matris, non ad  
vbera aliarū ouium: etiam si simul  
earum filios, suis illæ vocibus con-  
citarent ad eos lactandos, Hoc idé  
est reperire in gallinis, cū suos pul-  
los vocant aut ad comedendum  
vel vt sub earū alis a n iluo defen-  
dātur . Et deniq; in cæteris animá-  
tibus, quibus sunt voces, id videre  
contingit . Hominum autem vo-  
ces significatiuæ ab origine habēt,  
vt secundum placitum ea, ac quæ  
impositæ fuerunt , repræsentent,  
et tales sunt omnium idiomatum  
vocabula et appellatiua et ppria.  
Nā hæc vox latina, Homo, ex im-  
positione habet idem significare  
quod in lege veteri, Adam, et græ-



Li. De divino nomine:

ce, Anthropos, et sermone Hispano, Hombre, Hæ sunt quædā nōtæ, quæ cum proferuntur, quodā interiori verbo aguntur, quod naturaliter et non secundum placitū in animo auditoris hominem repræsentat. Hinc est, huiusmodi voce audita ab eo, qui datū idiomā intelligit, duas in eo notitias gigni, una est simulachrum dictæ vocis, altera hominis imago. Hæc autē à vocis verbo generatur, ut diximus naturaliter, illa ab ipsa voce, Homo, etiā naturaliter gignitur, licet secundum placitū dicta vox hominē repræsentet. Est enim (vt ita loquamur) ipsum placitū, causa sine qua nō: at nō simpliciter causa dictæ posterioris notitiae, quam ultimata in logice loquédo appellamus.

Iamus . Sicut enim fenestræ aper-  
tio in cubiculo , est causa sine qua  
haud a Sole dictum cubiculum  
illuminaretur, non tamen ob id ipsa  
apertio est dicenda illuminatio-  
nis causa : sic fatendum est , di-  
ctum placitum , causam esse non  
simpliciter , sed sine qua non , vti  
diximus . Ex his faciliime diagnos-  
citur quid de hac re senserit Pla-  
to , & quid Aristoteles : qui etsi  
diuersi appareant , non tamen in-  
uicem contrarij sunt . Cum au-  
tem vocis genera permuliunt ,  
vt pote , læue , asperum , graue , a-  
cutum , blandum , durum , cano-  
rum , fuscum , quæ non solum ho-  
minum , sed & brutorum auribus  
iudicantur : operæ preium est fa-  
teri , natura , & non secundum plâ-  
citum ,



**L. De diuino nomine.**

**c**itum, auditorū aures moueri nō-nunquam ad gaudium, et sæpenu-mero ad iram, et in alios affectus, quandoquidem vocum mutatio-nes totidem sunt, quot animorū, qui maxime vocibus mouentur. Experti loquimur, Nam cum Va-lentiæ essemus, quæ est Hispaniæ præclara vrb. Anno . 1507. pi-satores ē mari immanem belluam sunt piscati, quam Phocam seu vi-tulum marinum appellant. Hæc na-tura fæmina erat, habens manus uvas, pèdes totidem, in nullo diffe-rentes à manibus et hominum pe-dibus, præterquā quod tenui pel-licula digiti in interiori parte vin-ciebantur. Cum autem mulierum genus superstitionibus deditū ma-xime sit, visa bellua dixerunt, vnā esse

esse ē Iudæorū fæminis quas quōd  
dam mare rubrum glutiuuit, et mi-  
seratione quadam motæ eam blá-  
dis verbis alloquebantur dicentes,  
Domina Iamilia , dic nobis pre-  
camur, vnde tibi tantum suppliciū  
paratum sit, vt a tot annorum mil-  
libus in pisce m̄ sis versa ? Quibus  
audit̄is passa est mūterū manibus  
tangi per totum corpus . Quod si  
eisdem verbis, sed duris eā alloque-  
bantur, in furorem versa irruerat  
in loquentes. Erant enim ei dentes  
longi et peracuti, quibus nōnullis  
iuvēnibus aspere loquentibus vul-  
nera intulit . Præterea in oppido  
Hispaniæ Beneuento inuentus est  
Elephantus, qui ira concitus itra-  
gem plurimam fecerat , quem cū  
casu adoleſcens in angusto vico o-



Li. De diuinō nomine.

ffendisset, ex templo genibus pro-  
uolutus leuatisq; in altū manibus,  
blandissimis eū deprecabatur ver-  
bis, ne eum interimeret. Quibus  
cōmotus elephas a cæde abstinu-  
it, Respōsio mollis vt inquit Salo-  
mon frangit iram. Sermo autem  
durus suscitat furorem. Habet ipsa  
flexibilis vox Avim quandā natura  
insitam, quam solus naturae autor  
compræhendere potest. Tu igitur  
candide lector, dum sumis proferē  
dū nomē I E S V S, oportet ipsum  
non solum voce flexibili proferas,  
sed etiam flexibili intellectu, credē  
do id quod significat, scilicet, Deū  
esse Trinum & vnum, factum ho-  
minem, vt homofieret Deus. Qui  
sic in nomine I E S V S credunt,  
filios Dei fieri Euangelista Ioan-

nes

nēs affirimat. Sed quoniā veteribus  
philosophis dura vox, durusq; in-  
tellectus videbatur, in sortem Do-  
mini haud sunt recepti. Caue cre-  
das in solis literis nominis IES VS ,  
aut in ipsa dictione prolata sine in-  
teriori verbo, quod repræsentet ea  
quæ diximus, esse virtutē aliquā,  
qua consequi possesse desideratā.  
Esset enim incidere in prohibitam  
artem notoriā, quæ huiusmodi li-  
teris et dictiōnibus tribuit vim, quā  
non habent. Quod si nos mortales  
cū simus, in iumenta a nobis pō-  
cessa benefici esse inus, si nobis visis  
ante nos incuruarētur recognoscē-  
tia dominiū quod in ea habemus:  
quāto pōtētius Pater noster cæles-  
tis circa nos beneficus erit, cū video-  
rit nos munieris accepti creationis

gratos,



gratos, et summa cum reuerentia  
et vrbanitate sanctum nomen suū  
**I E S V S** proferentes? Adde, si in  
tuo paradiſo seu horto aliquot of-  
fendisses arbores, quæ incontáter  
suos quamlibet altos ramos frugi-  
feros ad manus vsq; tuas infle&te-  
rent, ē quibus poma comedenda  
sumeres: non ambigo huiusmodi  
arbores, cæteris à te prælatas esse,  
quibus suis temporibus culturam  
tribueres necessariam. Si tu homū-  
cio arboribus tibi parētibus sic fru-  
gi es, &c. eis victū tribuas necessa-  
rium, quid non concedet Deus ijs  
arboribus, id est, hominibus hoc  
in eius florido mūdo degentibus,  
qui de suis altissimis rāmis memo-  
ria, intelle&tu et voluntate ei im-  
marcessibilem fructum offerunt?

Can

**Cantátes cum Dauid, Laudamus  
nomen tuú Deus in choro,in tym  
pano & Psalterio psallemus ei.**

## Caput. I 7.



VPEREST , velut  
in epilogo , quæ di-  
ffuse de nomine IE-  
S V S diximus , colli-  
gamus : nōnulla at-  
tributa et p̄prietates , quæ dicto  
nomini cōpetūt , assignātes . Data  
in primis hac hypothesi , scilicet ,  
cum in sacris literis dicitur ; ~~Nomē~~  
Domini , siue nomen Dei , id esse  
intelligendū de nomine IH V H  
quod nominis I E S V S fuerat fi-  
gura . Et v. plurimū nomen Dei in  
sacris literis sumitur pro CHRIS-  
To , qui proprie Deum benedictū  
repræsentat .




# Proprietas.i.



OMENIES V S  
est terrible. Nā Da-  
uid de Deo loquens  
inquit. Sāctum et ter-  
rible nomen eius, Psalmo. i 10. Et  
Deuteronomij . c . 2 8 . sic habet,  
**Nisi custodieris et feceris omnia**  
**verba legis huius quæ scripta sunt**  
**in hoc volumine , et timueris no-**  
**men eius gloriosum,hoc est,domi-**  
**nū D eum tuū , augebit Dominus**  
**plagas tuas. Timor enim de re ter-**  
**ribili haberis solet . Minatur Deus**  
**plagarum augmentum ijs, qui in-**  
**uerecunde & absq; te. ore nullā**  
**eius nomini præstant reuerentiā,**  
**perinde atq; si ipsi Deo irreueren-**

tes



tes forent. Eſt utiq; velut Dei imago eius nomen: nomen (inquam) illud I H V H, quod figuram fuisse diximus in præcedentibus huius nominis I E S V S . Cum igitur per hoc nomen Dei eſſentia eiusq; tres personæ et verbi æterni incarnatio repræſententur, dignum eſt ipſo audito terreamur, r; minus ac viſo Deo faceremus. Nempe cum audiffet Diuus Paulus in initio ſui raptus hoc nomē I E S V S ab ipſo C H R I S T O prolatū, cuius ſignificatum diuina quadam luce fue rat ei oſtentum, proruit in terram terrore maximo affectus, fueratq; triduo stupefactus intuens arca na ineffabilia . Hunc timoren nominis glorioſi præbuit Deus ſua bonitate Paulo, quem ab æterno

q ii præ




**Li. De diuino nomine.**

prædestinauerat futurū in sua ecclēsia vas electionis. Quem timorē Christiane lector, audito nomine I E S V S, si habueris, vastuo modo electionis efficieris . Cauēne assumas nomē Domini Dei tui in vanum , Nec enim (vt habetur Exodi.20.) habebit in sōntem Dominus eum cō*ui* assumpserit nomē Domini Dei sui frustra, Et Deuteronomij .c. 5 , dicitur, Nō usurpabis nomē Domini Dei tui frustra: quia non erit impunitus qui super re vāna nomen eius assumpserit. In vanum sumunt Domini nomen, qui impudenter & nō probati (vt superius.2.c. diximus) iōsum nomen proferunt, quique audito eo nō se timore Deo submittunt. Aedificauerat quōdam Salomō templū nomini

nomini Domini Dei Israel, vt sci-  
rent omnes populi terræ nomen  
Dei & timerént, vt habetur. 2. Pa-  
ralip. 6.c. Et Dauid Salomonis pa-  
ter agnouerat prius nomē Dei fo-  
re timendum: quum dixerar Psalm-  
mo. 8. Domine dominus noster,  
quam admirabile est <sup>3</sup> nomen tuum  
in vniuersa terra. Quod autem ad-  
mirabile & terribile est, terrorem  
gignit. Timere vtique debet qui no-  
men I E S V S assumit proferédū.

## Proprietas. 2.



O M E N I E S V S  
est suaue, Dicéte Da-  
uid Psalmo. 134. Lau-  
date nomē Domini,  
q iii laudate



Li. De diuino nemine.

**Laudate serui Dominum . Psallite  
nominis eius , quoniam suaue est.  
Nec pugnant inter se haæ duæ enú-  
tiationes. Nomé I E S V S est ter-  
rible, Nomen I E S V S est suaue.  
Népe quæ à Deo in hoc orbe ad  
hominum salutem proficiscuntur,  
vtranq; prophetatatem habent. Sút  
enim in suo ortu terribilia , & sua-  
via in occasu. Contra se se habent,  
quæ à tentatore dæmone fiunt .  
Quod videre est in raptu diui Pau-  
li, in quo prius terrore maximo per-  
culsus, audito nomine IES VS, de-  
cidit in terram , & in fine, eius no-  
minis suavitate affectus, confiteba-  
tur se nihil sapere præter IES VM  
et hunc crucifixum. Item de Za-  
charia patre Ioānis Baptistæ, dicit  
Sacra scriptura Lucæ . i. Apparuit  
Zachariæ**

Zachariæ angelus Dōmini stans  
â dextris altaris incensi, et Zacha-  
rias turbatus est videns , et timor  
irruit super eum: et tandem suaui-  
tate vocis angelicæ confortatus ,  
angeli vaticinium suauiter imple-  
uit . Præterea , de virginе Maria  
**C H R I S T I** matre in eodem .c.  
habetur, quomodo turbata fuerit,  
cum audisset Angeli salutatio -  
nem , et demum suauissimo ver-  
bo responde rit , Ecce ancilla Do-  
mini, fiat mihi secundum verbum  
tuum . Quæ autem a dæmoni -  
bus proficiscuntur , in principio  
suauia sunt ( vt diximus ) aspera  
atq; terribilia & valde timenda  
in fine . Utuntur enim quibus-  
dam lenocinijs et blādis promissis  
quum primum tentat homines : at

q. iiiii cum



Li. De diuino nomine.

**cum eos suis delinimétis & illece-  
bris illaqueatos tenuerint, in ignes  
perpetuo duraturos transmittunt.  
Agút enim tragœdiām comœdiæ  
sanctorum oppositā . Colligimus  
ex dictis idem nomen I E S V S, et  
terribile et suave esse : terribile in  
principio, suave in fine: quæ duo in  
ipso C H R I S T O I E S V sunt  
inuenta. Nam C H R I S T I prin-  
cipium Deus, ante verbi incarna-  
tionem adeo terribilis inuētus est,  
quod vltionū Deus appellaretur:  
dicente David Psalmo .93 . Deus  
vltionum dominus, Deus vltionū  
libere egit. Et Numeri.i 4. c. Di-  
cit Deus, Quadraginta annis reci-  
pietis iniquitates vestras, & scietis  
vltionē meam. Quum autem in-  
carnatus est, & habitu inuētus est**

hom o,

homo, expulit mortalibus terrorē,  
omnibus factus suauis, inquiēs, Dis-  
cite à me, quia mitis sum & humili-  
lis corde. Et Psalmo. 99. Laudate  
nomen eius, quoniam suauis est Do-  
minus. Et alibi, de C H R I S T O  
Domino loquens inquit, Gustate  
& videte, quoniam suauis est Do-  
minus. Sicut in C H R I S T O  
I E S V duo sunt, videlicet, dei-  
tas et humanitas : & secundum  
quod Deus est, terribilis est dicen-  
dus, & suauis secundum quod ho-  
mo : ita in nomine I E S V S duo  
intelliguntur, vtpote diuinitas,  
Pater Filius et Spiritus sanctus, et  
ipsum verbum incarnatum. Cum  
igitur dictum nomen I E S V S  
vel profers, vel ab alio prolatū au-  
dis, aut legis Christiane lector, pro-



**Li. De diuino nōmine.**


**D**eat extemplo in mentē tuā illud verbum seu notitia, qua diuinitatem, eiusq; tres personas intelligas. Sed cum ipsa diuinitas Deus sit, Deus autem a timore Deus dicitur (si poetis fides tribuenda est) qui dicunt, **P**rimus in orbe Deum fecit timor, i.e. est, notitia prima, quæ de Deo habetur, timorē gignit. Et si visa minimi angeli luce, cuncti mortales terneremur, quanto fortius visa diuina luce metu atq; terrore quateremur? Voluit itaq; Deus nos veluti filios mone-re, ut cius nomine audito timeamus timore non seruili, sed filiali, eam dicto nomini reuerentiā exhibentes, quam viso Deo daremus. Deinde eodem, seu maiis altero verbo siue notitia **C H R I S T I**

humanitatem verbo diuino vnitā  
contemplaberis mitissimā , in qua  
velut totius pietatis fonte, diuinita-  
tis rigor est mitigatus . Ad quā sic  
vnitam si tuæ mentis oculos leua-  
ueris, eosq; fixos in contemplatio-  
ne suorum vulnerum tenueris, pro-  
certo tene, C H R . S T I oculos  
haud a te fore separandos. Nō sunt  
itaq; nostri oculi ab illa extasi di-  
mouendi, quo ad nostri misereatur  
**C H R I S T V S I E S V S**, quod  
vti q; faciet, quum primum illud a  
nobis audierit carmen, quo solitus  
est Dauid veniam a Deo impetra-  
re. Dicamus ergo, Oculi nostri ad  
**Dominu** , C H R I S T V M no-  
strum donec misereatur nostri.

proprietas

## Proprietas. 3.

**N**O M E N I E S V S est omni potens. De hac proprietate. c. 15. aliqua diximus: nūc eam locuple tamus dicentes, Si omnipotens est nomen eius, Jane omnia potest. Non est hæc omnipotentia literis aut dictioni Iesus tribuenda: dicente Paulo, Litera occidit, spiritus autem viuificat: sed ipsi verbo incarnato, per quod, ante incarnationem fecerat Deus omnia, dicente Ioanne Euanglista, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Est itaqe C H R I S T O hæc omnipotentia data, eo dicente, Data est mihi omnis potestas in cælo et in terra. Matthæi .28. Et



licet **C H R I S T V S** **I E S V S**,  
propre dicatur nomen sui patris  
æterni, et secundum hoc nulli du-  
bium esse potest, ipsum esse omni-  
potentem, cū omnipotens sit Pa-  
ter, et omnipotens Filius et omni-  
potens Spiritus sanctus: tamen nō  
absurdum putamus initialiter et  
velut causa quædā notiua, illud  
nōmē quod mēte concipimus, sig-  
nificato huius vocis Iesus respon-  
dens, esse omnipotens: modo his  
tribus virtutibus fide, spe et chari-  
tate sit fultū. Est enim à deo incar-  
nato, id est, **I E S V C H R I S T O**,  
hæc pollicitatio suis Christicolis  
data, vt cūæcūq; in suo nomine pe-  
tierint, obtineant. Quam pollicita-  
tionem tanti facimus, vt potius  
cælum et terram, transire desine-



Li. De diuinō nōminō.

recep̄ credcamus , quā quod huius-  
modi pollicitatio desinat impleri.  
Quod si a s̄esu mens moueatur ad  
petendum nōnunquam illicita, est  
tantæ virtutis illud nomen dictis  
virtutibus illustratum , quod in eo  
ipsa mens ac ratio sui sensus errorē  
percipiat . Et tunc non modo non  
petet a C H R I S T O illicita  
per sensum menti oblata , sed po-  
tius a C H R I S T O de inimico  
sensu vindictam postulabit , non  
secus quam Paulus fecerat , quum  
se a sensu superari cognosceret , di-  
cens . Ne magnitudo reuelatio-  
num extollat me , datus est mihi-  
stimulus carnis meæ , angelus Sa-  
thanæ , qui me colaphizet , ppter  
quod ter Dominum rogaui , vt dis-  
cederet a me , et dixit mihi , suffi-

cit

cit tibi gratia mea. Nā virtus in infirmitate perficitur. Et alibi idem Paulus inquit, Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ et captiuantem me in lege peccati , quæ est in membris meis. At si Paulus vas electum ter Domini m rogauit, vt ab eo carnis stimulus abigeretur (vbi per carnis stimulum , omnem concupiscentiā intelligi volumus) nos Christiani, quos vltima et senilis ætas parturiuit partim mente captos , partim mille offendibus et nodis illaqueatos , vt quid stamus tota die ociosi , tempus omne , quod est nostra vera possessio , pudentes ? Recurramus igitur ad nostrum Pontificē I E S V M C H R I S T V M , qui potest



Li. De diuino nomine.

poteſt compati infirmitatibus noſtris, offerentes ei, non ter, ſed mil- lies, ſed infinite ſuum ſanctum no men, dicentes, Domine I E S V C H R I S T E fili Dei viui, cuius nomen eſt omni potens, petimus a te velut a noſtro duce ac Deo, fiaſt in nobis nomi tuū ſic potens, vt tur ris fortiſſima quo non modo tuti a tuis hoſtibus ſimus, ſed eos virtute tui nominis ſic viciamus, vt pro cula tua ecclēſia exules reddantur.

Proprietas, 4,

N O M E N I E S V <sup>E</sup> ſt incly tum. Nam. i. Paralip. c. 29. Sic di citur, Nunc igitur Deus noſter co ſitemur tibi, et laudamus nomen

tuu m

tuum inclytum. Est nempe inclytū, gloriosum, insigne et excellens, summoq; famæ splédo re splendens nomē I E S V S. A tanto, taliq; nomine quid proferēti prouenire poterit, quod non sit insigne et excellens, immo et magnificum? quādo, quidē magnificantia ei est tribuēda, secūdum illud Ecclesiastici. 3. 9. vbi dicitur, Benedicte Dominum in operibus suis, date nomini eius magnificantiam. Et Esaiæ. I 2. dicitur, Cōfitemini Domino et inuocate nomē eius, notas facite in populis adiuventiones eius, Memen- tote quoniam excelsum est nomē eius. Itē Michæas. 5. c. loquens de futuro Messia inquit. Stabit et pacet in fortudine Domini, in sublimitate nominis Domini Dei sui.

Li. De diuino nomine.

**poteſt compati infirmitatibus noſtris, offerentes ei, non ter, ſed mil- lies, ſed infinite ſuum ſanctum no men, dicentes, Domine I E S V C H R I S T E fili Dei viui, cuius nomen eſt omnipotens, petimus a te velut a noſtro duce ac Deo, fiat in nobis nomē tuū ſic potens, vt tur ris fortiſſima quo non modo tuti a tuis hoſtibus ſimus, ſed eos virtute tui nominis ſic vīcamus, vt pro cul a tua ecclesia exules reddantur.**

Proprietas, 4,

**N O M E N I E S V C eſt incly tum. Nam. i. Paralip. c. 29. Sic di- citur, Nunc igitur Deus noſter cō fitemur tibi, et laudamus nomen tuu m**

tuum inclytum. Est nempe inclytū, gloriosum, insigne et excellens, summoq; famæ splédoře splendens nomē I E S V S. A tanto, taliq; nomine quid proferēti prouenire poterit, quod non sit insigne et excellens, immo et magnificum? quādo, quidē magnificentia ei est tribuēda, secūdum illud Ecclesiastici. 3. 9. vbi dicitur, Benedicite Domīnum in operibus suis, date nomini eius magnificantiam. Et Esaiæ. I 2. dicitur, Cōfitemini Domino et inuocate nomē eius, notas facite in populis adiuventiones eius, Memen- tote quoniam excelsum est nomē eius. Itē Michæas. 5. c. loquens de futuro Messia inquit. Stabit et pas- cet in fortudine Domini, in subli- mitate nominis Domini Dei sui.

**Li. De diuino nomine.**

Ex his colligitur nomen I E S V S  
inclytum esse, magnificum, excel-  
sum et sublime . Quod si tale est,  
haud dubiū quin tales efficiat eius  
adoratores.


**Proprietas. 5.**

**N**O M E L I I E S V S magnifi-  
cat nos . Dauid in psalmo . 19. in-  
quit , Nos in nomine Dei nostri  
magnificabimur . Dei prisca con-  
suetudo fuit, eos efficere magnifi-  
cos, qui eius nomen magnificarēt.  
Nec sine propheticō spiritu idein  
vates dixit , Magnificate Dominū  
mecum, et exalte mus nō men eius  
in idipsum . Nām cum a tenera sua  
ætate cōsueuisset pastoria voce no-  
men Domini magnificare, placuit

**D eo**

Deo Altissimo euin in magnificū.  
Regē euehere et sublimare. Hinc  
experiētia didicerat, eos a Deo ma-  
gnificari, qui eius nomē prius ma-  
gnificauerint. Affirmare audemus,  
virginē gloriosam Mariā Deiparā  
ante cōceptū Deum, anteq; fieret  
mater, solitā magnificare, et Deum  
et eius nomē. Quod Jane mōstra-  
uit, quū primū a Spīritu sancto est  
inuēta grauida, inquiens ad Elisa-  
beth cognatā suā, Magnificat ani-  
ma mea Dominū, Fecit enim mihi  
magna qui potens est, et Sanctū no-  
mē eius. Cōsueuerat ab infantia sua  
Dominū Deū magnificare, eiusq;  
nomē revereri præ cæteris mulieri-  
bus ob id vniuersis excelluit in bñea-  
dictone, quæ cōfessa inquit. Fecit  
mihi magna qui potens est, et san-

r ij dūm



**Li. De diuino nomine.**

**E**um nomen eius. Dignum igitur  
est, ut nos Christiani hāc Dei ma-  
trem, angelorum Reginam et pec-  
catorum patronam imitemur, no-  
men I E S V S magnificantes si à  
Deo magnificari cupimus.

**Proprietas, 6,**

**N**O MEN I E S V S saluat nos.  
Propheta Dauid nō dixisset, Deus  
in nomine tuo saluum me fac, nisi  
prophetica luce cognouisset pro-  
prietatē dicti nominis, quæ est sal-  
uos atq; incolumes reddere eos qui  
inuocant Dei nomen. Hanc pro-  
prietatē agnoscens Propheta Ioel  
inquit, Omnis, qui inuocauerit no-  
men Domini, saluus erit. Et Ma-  
chabæorum. I I.c. 8. dicitur. Iudas

autem

Fautem ubi comperit, indicauit ijs,  
qui secum erant Iudæis Nicanoris  
aduentum. Ex quibus quidam for-  
midantes et non credentes Dei iu-  
stitiæ, in fugam vertebātur, alij ve-  
ro, si quid eis supererat, vendebant,  
simulq; Dominum deprecabātur,  
ut eriperet eos ab ira pio Nicano-  
re, qui eos prius quā dominus ve-  
niret, vendiderat. Et si non propter  
eos, propter testamentum tamen,  
quod erat ad patres eorum, et pro-  
pter inuocationem sancti et mag-  
nifici nominis eius super ipsos. Fue-  
rat apud hos Iudæos tanta fides in  
sancto et magnifico nomine Dei,  
quod per ius inuocationem, non-  
modo incolumes permanserunt,  
sed etiā in bello viatores facti sunt.  
Nec enim (inquit Petrus loquens

Li. De diuino nomine.

'denomine I E S V C H R I S T I  
aliud nomen est sub cælo datū ho-  
mīnibus in quo oporteat nos fal-  
uos fieri. Cum igitur in periculum  
aliquod incidimus , si credamus,  
hoc nomine I E S V S inuocato ,  
nos futuros ictocumes: haud dubiū  
est, quin tale efficiamur.

Proprietas. 7.


**N**O M E N I E S V S , est oleū  
effusum. Salomon Canticorū Pri-  
mo inquit, Oleum effusum nomē  
tuum . De hac proprietate difuse-  
sumus loquuti.c. i 2. ob idq; pau-  
cula de ea nunc dicemus. Nomen  
I E S V S in C H R I S T O Deo,  
quod oleo effuso Spiritus sanctus  
cōparauit, iudicio nostro perinde  
se habet

ſe habet atq; effuſum per prata va-  
carū atq; ouium lac , cum affatim  
paſtæ tumentia vbera habent, quæ  
non inuētis vitulis et agniculis earū  
filij, fundunt ſuum per virētia pra-  
ta lac. Hinc herbæ, quæ huiusmo-  
di lac effuſum naſtæ ſunt, incremē-  
ta fuſcipiunt, fiūtq; lulciores quā  
fuerint: et terræ glebæ, in quā inci-  
derit, ſi ſterilis fuerit, fœcunditatē  
fuſcipit. Lac vtiq; dici potest no-  
men I E S V S, quo veterimi pa-  
tres nutriebantur, ſub figura no-  
minis I H V H . Sed quoniam Iu-  
dæi, qui filij Dei quondam fuerāt,  
hoc lac in nauſeam habuerunt,  
effuſum eſt in ora gentiliū , qui  
olim veſtūt herbæ virentes natu-  
rali lege viuebant, verum poſtq;  
hoc laſtis rore asperguntur, ſua-



Li. De diuino nomine.

uiores sanctioresq; reddūtur: et si-  
quis inter eos sterilis inuentus est,  
qualis quondā fuerat Augustinus,  
prægustato hoc diuini nominis la-  
ete, fœcūditatem est assecutus. O-  
leum effusum est ipse C H R I S-  
T V S I E S V S, qui est verū æter-  
ni Patris nom̄: cum in sacramē-  
to altaris habēr sic effusum in pa-  
ne et vino consecratis, quod est in  
toto illo sacramento, et in qualibet  
eius parte, cuius sanguis in die sui  
trāsitus et passionis sic fuit effusus,  
quod totum humanū genus atti-  
git redimendum, instar blandi olei  
infusi in vulnera ægrotantium. Est  
olei vna proprietas, effici t̄q;to sub-  
tilius, quanto pluries per iaterem  
emolitum fusum in sublimatorio  
reponitur distillādum. Nam phar-  
macopolæ



macopolæ experentia didicerunt,  
 si quinquies ut diximus distilletur,  
 eiusq; sic distillati vna pars in ma-  
 nus palma reponatur, repéte ad fi-  
 nem vsq; oppositæ partis manus  
 meabit. Tanta est eius subtilitas,  
 vbi guttatum et si non totum, ma-  
 xima tamen repositi lei pars colli-  
 getur. Valet hoc oleum ad multas  
 ægritudines curandas. Hanc pro-  
 prietatē obseruat nomen I E S V S  
 per cōtritum cor effusum, si in mē-  
 tis nostræ sublimatorio reponatur  
 distilandum: quo perinde animæ  
 morbos curabis, atq; per dictū oleū  
 corporis languores.

## Proprietas.8.

r v

N O M E N



Li. Dediui no[n] nomine:



O M E N I E S V S  
vi&tu et vestitū tribuit  
inuocantibus ipsum.  
Hoc videre est in E-  
saia. c. 4. dicente, Apprehendent  
Septem mulieres virum vnum in  
illa die, scilicet captiuitatis, dicen-  
tes, Panem nostrum comedemus,  
et vestimentis nostris operiemur,  
tantū modo inuocetur nomen tuū  
super nos, aufer opprobrium nos-  
trū. Cum israeliticæ mulieres, quæ  
natura erant fœcūdæ, pro maledic-  
tio et opprobrio tenerent perma-  
nere steriles, et cognouissent viro-  
rum inopiam, ob id, quod capti et  
occisi essent quam plurimi Israeli-  
tæ in bello, decreuerunt inter se,  
singulis remanentibus viris, earum  
septem in uxores dari, dicentes, Et

si ad

si ad viros attineat vxoribus et earum  
 filijs de necessarijs prouidere, quod  
 difficultimum videtur, ut vir unus  
 Septem mulieribus et earum filijs  
 vietum et vestitum tribuat: nos pa-  
 nem nostrum comedemus, et vesti-  
 mentis nostris operiemur, tantum-  
 modo inuocetur nomen Domini  
 super nos. Grandis proculdubio fi-  
 des in illis fœminis fuerat de nomi-  
 ne I H V H, credebāt enim per so-  
 lam dicti nominis inuocationem  
 sibi et filijs non defutura vitæ ne-  
 cessaria.

*Ecce una la epita  
 que aqui in muros  
 el nombre de dios sia  
 quel de su marido  
 Cyprian decoro, donde los  
 hijos el mejor monico  
 no querian serles quem  
 infamia?*

## Proprietas. 9.

NO MENIESVS cōprehē  
 dit significationē nominis Emma-  
 nuel.



Li.de diuino nomine:

Emmanuel. In Esaia. 7.c. hæc verba habētur, Ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nōmē eius Emmanuel, butyrum et mel comedet, vt sciat reprobare malum et eligere bonum. Hoc nomen Emmanuel idem significat, quod nobiscum Deus, hoc est Deus humanatus, seu Deus homo, quod idem est quod CHRISTVS et IESVS. In hac autoritate quinqupta colligimus notanda. Primum, Deiparā cōcepisse et peperisse, illæsa sua virginitate. Secundū est, filij nōmē esse IESVS significatione, licet alijs literis nomen Emmanuel scribatur. Tertium est, ipsum IESVM filium virginis habiturum veram humanitatem, non phantasticum corpus, vt nonnulli hæretici affir-

marunt

marút. Datur enim infantibus bu-  
tyrum et mel comedendū. Quar-  
tum est , in dicta infantia habi-  
turum scientiam discernendi in-  
ter bonum et malum, quod osten-  
dit, cum natus esset Duodecim an-  
nos, disputans cum doctoribus in  
templo Salomonis. . oquitur Pro-  
pheta de sciētia creātūrā: præter quā,  
aliā habuit C H R I S T V S, quæ,  
idem est quod ipse Deus. Quintū  
est, dictionem, Vt, non sumi causa-  
liter, sed consecutue.

## Proprietas. i o .

N O M E N I E S V S inuocā-  
tes, in gloriā Dei creantur . Efaias.  
43. sic habet, Omné qui inuocat  
nomen meum , in gloriam meam  
creauī



Li. De diuino nomine.

creauit eum, formaui eum, et feci eum.  
Hinc Dauid, sciens homines ad gloriam  
Dei et nominis eius creatos,  
inquit. Afferete Domino gloriam  
et honorem, afferete Domino glo-  
riam nomini eius. Quod si in hunc fi-  
nem creati sumus, ut nomini IESVS  
gloriam impediamus, quare in ta-  
tum obliuionis incidimus opus est  
consideremus. Et licet multa sint,  
hoc unum praecipuum esse putamus.  
Quod omnes quae sua sunt quae-  
runt, ut inquit Paulus ad Philippes.  
2. c., et non quae sunt I E S V  
C H R I S T I. Propterea id agnos-  
cens idem Paulus monet Corinthios  
dicens, Siue manducatis, que bibi-  
tis, vel aliud quid facitis, omnia in  
gloriam Dei facite. Si nomini I E -  
S V S, Dei essentiam eiusque Tres

personas et ipsum Deum incarna-  
tū repræsentanti, quod oculis nos-  
tris spectamus et nostris auribus au-  
diimus, gloriam nō damus, quo pa-  
sto eam ipsi Deo haud viso dare-  
mus: plane non video. Audi Ioan-  
nem Euangelistam s: mili argumé-  
to dicentem, Qui er n non diligit  
frātrem suum quem videt, Deum  
quem non videt, quomodo potest  
diligere? Attentos igitur cupio vos  
habere, amantissimi lectors: et ne  
vos desidia cōprehēdat, hortor, si-  
tis imitatores diui Ignatij, qui toti-  
es nomē I E S V S inuocauit, quod  
in medio cordis sui lamina purissi-  
mi auri fuit genita, in qua nomē IE  
S V S est in iērūm sculptū, perinde  
atq; legis præcepta digito Dei scri-  
pta reperta sunt in tabulis Mosis.

Pro



## Proprietas.i i.



**O M E N I E S V S**  
inuocantes exaudiū-  
tur a Deo. Zachari-  
ss. 13. c. sic ait, Ipse in-  
uocabit non len meū et ego exau-  
diam eum. E . enim ipsum nomen  
velut priuus amicus et a secretis pri-  
mas apud Deū: quo duce nō mo-  
do nos exaudiet Deus, verum et in  
suam regiam recipiet . Sunt Deo  
duæ aures perinde atq; in Magne-  
te poli duo: quorū vno ferrū atra-  
hit, altero a se fugat. Sic Deus aure  
vna , fide proferentes nomen I E -  
S V S exaudit , eosq; ita ad se atra-  
hit, vt sibi vincitos reddat: eos vero  
qui impudenter datū nomen pro-  
ferunt,

ferunt, longe a se altera aure pellit.  
Ad hos, velut ad hœdos in sinistra  
aure locatos dicet **CHRISTVS**.  
Discedite a me maledicti in ignem  
æternum, qui paratus est diabolo  
et angelis eius, Ad illos autem tā-  
quam ad oves, qui ac dexteram re-  
positi erunt, inquiet. Enitē bene-  
dicti Patris mei, posl. Iete paratum  
vobis regnum a constitutione mū-  
di. Sūt præterea in **CHRISTO**,  
qui verum Dei nomen est, duo po-  
li, seu duo cacumina sicut in cælo  
et Magnete: vt pote, diuinitas et  
humanitas. Qui credit **CHRIS-**  
**TVM** esse Deum et hominem,  
mouetur ab ipso **CHRISTO**,  
vt vniatur. i. s. ut ferrum ad Mag-  
netem moueri dicimus, cū applica-  
tur illi polo habenti virtutē attra-  
hendi.



LI. De diuino nomine:  
hendit. Qui autem credit CHRISTVM, purum esse hominem, non a  
CHRISTO trahitur, sed potius fugit ab eo, velut ferrum alteri  
polorum applicatum, cui est vis fugandi ferrum, et non attrahendi.

## Proprietas. i 2.

**N**O MINE I E S V S quicquid  
a Deo Patre petatur, dabitur: id est quod  
fieri, si ab eius filio petatur. Dabitur  
enim petenti, quicquid petierit. Unde  
de Diuus Ioannes in persona CHRISTI  
loquens inquit. Amem amem dico  
vobis, si quid petieritis Patrem in no-  
mine meo, dabit vobis. Item dicunt  
Matthaeus, Marcus et Lucas. Et  
paulo inferius id est Ioannes, Quod-

cunq;

cunqp petieritis Patrem in nomine  
meo, hoc faciā: vt glorificetur Pa-  
ter in filio. Si quid petieritis me, in  
nomine meo, hoc faciam. Non est  
vnde aliam pollicitationem peta-  
mus a C H R I S T O , quæ vbe-  
rius nobis beneficium præstet. Nā  
hac vnica implere possumus om-  
nia a nobis desiderata, modo talia  
æqua et iusta sint.

## Proprietas. I 3.

N O M E N I E S V S suppli-  
cium genit iis, qui irreuerenter  
et sine fide Christiana ipsum inuo-  
cant. Deducitur hæc proprietas ex



Li. De diuino nomine.

Actis Apostolorum. c. i 9. vbi hæc  
verba habentur, Tentauerunt autem  
quidam et de circueutibus Iudæis  
exorcistis inuocare super eos qui  
habebat spiritus malos nomine Do-  
mini I E S V , dicentes. Adiuro vos  
per I E S V M quem Paulus præ-  
dicat. Erant autem eis cuiusdam Sce-  
næ Iudæi principis Sacerdotum  
Septem filij qui hoc faciebat, Res-  
pondens autem spiritus nequam  
dixit eis , I E S V M noui, et Paulū  
scio, vos autem qui estis? et insiliens  
homo in eos, in quo erat dæmoniū  
pessimū , et dominatus amborū  
inualuit contra eos , ita ut nudi et  
vulnerati effugerent de domo illa.  
Nec enim sanctum sanitatem eis est tri-  
buendū, nec margaritæ pðrcis por-  
rigendæ . Causa igitur deinceps  
qui

quicunque sanctum et terrible nos  
imen Dei assumit proferendum, ne  
absque fide charitate formata ipsum  
proferat.

## Proprietas. i 4.

**N**O MEN IESUS nemo scit,  
nisi qui pro eo persecutiones fuerit  
perpessus , easque vicerit . Dixerat  
autem ad Ananiā Dominus Deus,  
cum eum mitteret ad Paulum , vt  
habetur Actuū.9. Vade, quoniam  
vas electionis est mihi iste , vt por-  
tet nōmen meum coram gentibus  
et regibus et filijs Israel. Ego enim  
ostendān illi quanta oporteat eū  
pro non. <sup>re</sup> ego pati . Et Apoca-  
lypfis.2. c. dicit Deus, Vincēti da-  
bo manna abscōditum, et dabo illi


Li. De diuino nomine.

calcum candidum, et in calculo  
nomen nouum scriptum, quod ne=  
mo scit, nisi qui accipit. Qui autem  
nominis I E S V S coram getibus  
et regibus delator futurus est, ope-  
ræ premium est, prodeat victoribus  
armis munitus scilicet, fide, spe et  
charitate. Neque sine his frustra  
et in vanum ipsum nomine assumet  
prædicandum, et velut usurpator  
pœnas dabit. Diuus Paulus innu-  
meras perpessus persecutioes, in-  
quit, Omnes qui pie volunt viuere  
in CHRISTO IESV, psecutione  
patietur. Non enim datur conscen-  
dere in illa beatitudine æternâ ijs  
qui felicitate huius mundi veniatur.  
Beati illi dicuntur a CHRISTO,  
qui persecutioes patiuntur prop-  
ter iustitiam, quoniam ipsorum est  
regnus

regnum cælorum.

## Proprietas.i 5.

**N**O M E N I E S V S timentibus orietur Sol iustitiae, et sanitas in pennis eius. Egrediuntur Salientes sicut vituli de armamento, et calcabunt impios, dicit Dominus exercituum, Malachiæ. 4.c. In prima proprietate diximus nomé IES VS esse terribile et valde timendum, et multa supplicia his parari hominibus, qui in vanum et sine metu ac timore ipsum proferunt. Nunc Deus per Malachiā timétibus nomé suu. Cuiusmodi pollicetur præclaræ doctrina. Primū est, Solē iustitiæ timétibus nomé Dei oriri. Hic Sol f. iii. iustitia



**Li. De diuino nomine.**

iustitiae est C H R I S T V S Deus  
noster , qui tunc oritur in mente  
**C**hristianorū, quū eius nomen fide  
formatum proferunt . Vel dic, So-  
lem iustitiae oriri timentibus nomē  
eius , hoc est, eos effici iustos, qui ti-  
ment nomen ius. Est enim iustitia  
ad alias virtutēs morales compara-  
ta, velut Sol a ~~et~~ alia astra relatus , a  
quo ipsa suum recipiunt splendo-  
rem. Qui sic iusti sunt, in perpetuū  
viuet, et apud Dominum est mer-  
ces eorum. Secundum est , timenti-  
bus nomen Dei fieri sanitatem in  
pennis eorum. Per pennam (si Di-  
uo Gregorio hæremus scribēti su-  
per Ezechieliis reuelationem) con-  
templationem int̄. Nam  
sicut per pennam in alto in auium  
corpora subleuantur, sic per conté-  
plationem

plationem, dū super nos ipsos tol-  
limur, quasi in aera leuamur. Sed  
quoniam sæpen numero contépla-  
tio est ægra et infirma, quod ijs ac-  
cidit, qui de nomine I E S V S ple-  
nain non habent fidem, nec eo au-  
dito, timore filiali at ciuntur: ideo  
dicitur in assumpta : ritoritate, Et  
sanitas erit in penni eius, hoc est,  
timentibus dictum nomen, erit sa-  
nitas in pennis eorum. Erit itaq; sa-  
nitas et integra salus in contempla-  
tione eorum, id est, sine mendo per  
fecta veritas, quæ ipsius mentis est  
obiectum et proprium ornamen-  
tum: cuius opposita falsitas ægritu-  
do mentis dici potest. Vel dicamus  
aliter, perenni s, quæ in auibus  
peride sese nābēt, atq; in arboribus  
frondes, et in hominibus pilli, nos

f v intē



Li. De diuinō nomine.

intelligere oportere, C H R I S T V M sic fauere suis Christicoli si fide inuocātibus nomē eius, quod non solū ipse, velut Sol illuminet eos, verum etiam suorum corporū excrementa (psout sunt capilli) efficiet sana. Sūt enim a C H R I S T O et eius Patre immnes eorū capilli numerati. Matt. iæi. io .et Lucæ. i. t. n. et. 2 i. dicit C H R I S T V S, Eritis odio omnibus propter nomē meū, et capillus de capite vestro nō peribit, et erit ista tanquam arbor, quæ plantata est secus decursus aquarū, quæ fructum suum dabit in tempore suo, et folium eius non defluet, et omnia quæcumq; faciet, prospera buntur. Si arbori in stricti paradio plātatis secus decursus aquarū, non defluūt folia sed sine ca-

I su sem


Si semper virescunt, quanto poten-  
tius in hominibus qui suo modo ar-  
bores sunt, cælestis paradisi nō de-  
trident folia, sed erunt virentia sem-  
permodo plantati sint secus decur-  
sus aquarum emana tium ab illo  
perenni fonte nomit s I E S V S ,  
Vel dicamus per pe nas , actio-  
num excrementa for intelligen-  
sda . Sicut enim in auibus plu-  
mæ , ex superfluo cibi comesti-  
generantur, Sic suo modo in ho-  
minum actionibus superflua quæ-  
dam sunt , quæ excrementa di-  
eci possunt , prout sunt risus , io-  
tici lusus , saltationes , tripudia et  
a his similia , quæ omnia timenti-  
bus nom . In hī non modo  
sana sineq; eccato , verū etiā me-  
ritoria erunt . Alio modo per pen-  
nas



**Li. De diuino nomine.**

nas calamos ad scribendum habiles intelligere licet, quos sanos fore timentibus nomine Dei affirmat propheta. Intellige tu christiane lector futuram sanam et sine mendo illam doctrinam sc̄ iptain ab ijs qui nomen Domini timent, Aliomodo perpetuas: & duæ intelliguntur quibus auium omnia genera volare consueuerunt. In hominibus non men Dei timentibus duæ aliae sunt, intellectus et voluntas, quas timor nominis Dei efficit sic sanas, quod nil mens eorum intelliget non sanum ac verum, nec voluntas mouebitur ad aliud quam ad bonum amandum et prosequendum. Tertium donum est timentibus ne . E S V S , quod egrediatur sanguis sicut vituli de armento. Vitulum sanguis saltus inflexos

inflexos nouimus longe diuersos,  
quam sint communes mortaliū  
hominum saltus, Qui nomen I E-  
S V S timent, egredientur de hoc  
mundo salientes ad instar vitulcrū  
salientium, et ibunt in cælestem pa-  
triā gaudentes, quia digni inuen-  
ti sunt cōtumeliam p̄ti pro nomi-  
ne I E S V S . Nem̄p̄ horum saltus  
vita Christiana est, quæ ad vi-  
tam communem hominum perin-  
de se habet , atq; vitulorum saltus  
ad carnaliū hominum saltus .  
Hinc huius mundi sapientes in sæ-  
culi fine de his loquentes dicent il-  
lud sapientiæ . 5. Hi sunt, quos ha-  
buimus aliquando in derisum & in  
similitudinē properij : nos in-  
fensati saltu illorum , id est, vitam  
illorum æsti nabamus insaniam, &  
finem



**Lii. De diuino nomine.**


finem illorum sine honore. Eccē  
quomodo computati sunt inter fi-  
lios Dei, et inter sanctos fors illorū  
est. Quartum donum est, timenti-  
bus nomen I E S V S, quod calca-  
bunt impios i Impios appellamus  
eos omnes, qui de nomine IESVS  
impudente. Quoquuntur, quales fue-  
runt et adhuc sunt Iudæorū plæ-  
riōq; , qui teste Hieronymo ter in  
die C H R I S T O maledicūt, co-  
nātes eius nomē extinguere et pe-  
nitius delere. Etiam impios dicimus  
vniuersos hæreticos , quos Deus  
Pater, tanquam sui nominis inimi-  
cos, scabellum pedum timentium  
eius nomen reponet.

**S** Attribuit rū no-  
minis IESVS breue, cōpendiū.  
**N O M E N**



**O M E N I E S V S**  
 est, Magnum, Magni-  
 ficū, Sublime, Incly-  
 tū, Gloriosum, Aeter-  
 num, Vnum, Nouum, Horri-  
 bile, Terrible, Su. ie, Admirabi-  
 le, Bonum, Honora. le, Sanctum,  
 Forte, Benedictū, Ex. elsum, Cō-  
 filiarius, Omnipotē, Deus, Do-  
 minus, Exaltādū, Cōfitēdū, Lau-  
 dandum, Inuocandū, Timendum,  
 Emmanuel, Memoriale Dei, Tur-  
 ris fortissima, Oleū effusum, Assi-  
 due laudādum, Magnificentia de-  
 corandū, A seculo, De longinquo,  
 Iustus noster, Cui psallendū, Prin-  
 ceps pacis, Dominus Exercituum,  
 Protec̄to. iū ipsū, Magni-  
 ficans ipsū a inuocantes, Saluans  
 inuocantes osum, Collaudandum

in cō




**L. De diuino nomine.**

in confessione, Timentibus Sol iustitiae, Pater futuri sæculi, In Insulis maris, Sum qui sum, Timentibus impiorum calcatio, Clarificatum a Patre, In omni loco sanctificatum, Inuocandum, vt inuocantes exaudiantur, Cui gloria tribui debet, Per quod est iurandum, Melius quam dilectione multæ, Melius quam vnguenta preciosa, Cui sumus sacerdos ministrare tenetur, Decantandum a liberatis ab hostibus, Timendum sub poena augmenti plagarum, Cuius recordari debemus in tribulatione, Timentibus sanitas in eorum pennis, Timentibus ipsum oriens sol iustitiae, Quod in glorian. ~~sum~~ ~~eat~~ inuocantes, Quod in gloria suis format inuocantes, Quod in gloriam suam

suam facit inuocantes, In mundo  
 manifestatum a C H R I S T O ,  
 Nōmē Patris, Filij, Spiritus sancti;  
 Laudabile a Solis ortu vsq; ad oc-  
 casum, Sacerdotibus non dantibus  
 ei gloriam lapsus in varias maledi-  
 ciones, Timētibus i sum, q; egre-  
 dientur salientes sicut vituli de ar-  
 mento, In uocātibus psum, mediū  
 obtainendi quæcunq; a Deo Patre  
 vel eius Filio fuerint postulata, Cui  
 inuocato omne genu cælestium ,  
 terrestriū, et infernum flebitur,  
 Vincenti nomen nouum scriptū in  
 cādido calculo, quod nemo scit, ni-  
 si qui accipit, In uocantibus ipsum,  
 causa ejiciendi dæmonia, nouis lin-  
 guis loquuntur, serpentes tollēdi, et  
 si mortiferū in quid biberint, nō eis  
 nocebit, super ægros manus impo-

\* nent



**L**i. De diuino nomine.


nent & bene habebūt, Super omne nomen. Nec enim est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.

**N**O M E N I E S V S nō est assumendum iranum, Non est peierandum in, Non est polluendum, Non est usurpandum frustra. Quia nō erit impunitus, qui super re vana nomen ipsum assumpserit.

**H**AEC supradicta attributa ex sacris literis inter multa alia colligimus proponēda Christiano lectori, ut per ea cognoscat Sacratissimi nominis I E S V S virtutē:qua frui poterit, modo fidē; et charitate fuerit munitus. Sine qua nūs caueat dictum nomine usurpare, si cupit esse impi

ſe impunitus. Confueuerunt terreſ-  
ni patres ſuis filijs infantibus, qui-  
bus ambulandi uſus non eſt, vnum  
vel alterum pomum ad finem ſuæ  
mensæ pofitum oſtēdere, vt infan-  
tes altero fine menſe locati, pomi  
cupiditate ambulare conentur, fi-  
antq̄ firmiores, qui iſo pomo in-  
contanter ſeſe periculo cōmittunt  
ambulantes. Sed quoniam tenera  
crura habent, medio itinere ſæpe  
deficiūt, tēdu ntq̄ in lapſum, quod  
ſpectantes patres, antequam roſtro  
feriant terrā, accurrunt, et eos in al-  
tū euehunt, oscula impertientes  
quod ſe periculo commiſſerent pro  
obtinēdo pomo. Non ſecus Deus  
Pater agi. *U*nus in fatibus in hoc  
mūdo pofit, qui finis eſt mēſæ Do-  
mini, in qua pomū, id eſt, nomen  
tū

IESVS



**Li. De diuino nomine:**

**I E S V S** ponit expetendum et in-  
uocádum a nobis, pro quo obtiné-  
do, si casu aliquo , ob viriú nostra-  
rum imbecillitatem præcipites in  
terram imus, nos (si dictum nomen  
inuocemus) arte lapsum sustollit ,  
quá plurima ſicula præbens : quæ  
ita sapida ſunt, vt eis **C H R I T I**  
**sponsa Eccleſia** frui cupiat, dicente  
Salomone Canticorum. i. **Oſcu-  
letur me oſculo oris ſui.** Tunc nos  
**Deus Pater ſuis labijs dulciter oſ-  
culabitur , quum fide nomen I E-  
S V S protulerimus. Dulcis enim  
**et rectus est Dominus, inquit Da-  
uid.** Et alibi, cū ipſe experiētia hu-  
iusmodi dulcedinem didiciffet, ſic  
ait, **Quā dulcia ſentiri neis elo-**  
**quia tua, ſuper mel ori, meo.** In tan-  
tū ſolet nobis Deus in perteſti dul-  
cedi**

cedinem et salutem, in qua<sup>t</sup>um nobis eius verbum, hoc est, nomen I E S V S sapidum ac dulce fuerit. Si ergo mentis salutem immo & sanctitatem habere cupimus, offeramus Deo Patri & filij nomen, dicentes, Pater noster qui es in cælis, sanctificetur nōs, ē tuum. Credere par est, Deum Patrem sui nominis, scilicet, I E S V C H R I S T I faciem exemplo intueri, vt sanctos nos efficiat potius, quam nostra delicta, vt nos condemnet. Pro tali tātoq<sup>b</sup> beneficio nobis impendendo gratias tibi Deo Patri tuoq<sup>b</sup> Filio et Spiritui sancto agimus, sperantes r<sup>u</sup>s tua bonitate in gloriam n<sup>o</sup>. ueros. Quam nobis tribuat, aetissimum tuum nomen I E S C H R I S T V S,

t iii

qui



¶ i. De diuino nomine:  
qui tecum Deo Patre viuit & reg-  
nat in unitate Spiritus sancti, per  
omnia saecula saeculorum. Amen.

FINIS.

A D I L V : T R I S S I M V M  
Principem archiepiscopum To-  
letanū arcani præcellentisq; ope-  
ris huius autorem Francisci de  
Vargas Distichon.

Dū reseras sumi nomē Silicee tonatis.  
Intonat æternū nomē in orbe tuū





# ¶ DOMINICAE PRECA S. H. POSITIO. 10<sup>o</sup>

CICLO EXPOSITIO. IO  
AN. MARTINIO SILI

~~AN~~ MARTINIO SILL

PE MARCHEO ARCHIEPIS-

# SEARCHLIGHT

## COPIES

SCOPOLI  
FANCI

TANO.  
AUTORE.



S E R E N I S S I M O D O M I  
N O Philippo Hispaniarum  
Principi eius præceptor Ioá-  
nes Martinus Siliceus Ar-  
chiepiscopus Toleta-  
nus f. clicitatem.

.D.



V M grauissimi au-  
tores precationē do-  
minicam suis scholijs  
illustrauerint, super-  
fluum fore videbitur ea dere iudi-  
cium meum promere. At lōge se-  
cus existimamus futurū, vbi lector  
nostram mentem agnouerit, lege-  
ritq; attētus hanc nostrā interpre-  
tationem, quam tibi altissime Prin-  
ceps dico: vt int̄ras aer sinta  
Deo petēda, et quo m. lo poteris  
ca promereri.



V 'ic.



# EXHORTATIO AD DOMINICAM PRECATI- ONEM DICENDAM.



OMINICA PRE-  
C A T I O tātæ dig-  
nitat̄ est et virtutis,  
vt nō j̄ contingat orāti  
abicedere līne fruct̄. Remittūtur  
enim, quotiescunq; dicitur, crimi-  
na venialia. Est adeo fœcunda vt in  
se cōtineat quæcunq; per alias ora-  
tiones petere satagimus, nec ab re,  
quandoquidem eam effecit Chris-  
tus Iesus Dei Patris filius, in quo  
sunt omnes thesauri sapiētiæ et sci-  
entiæ Dei. Obtinebimus efficaci-  
ter quæcunq; in ea petimus si pie  
et persecrant̄ petamus, fide mu-  
niti, nihil p̄ elitantes. Dicitur enim  
**Matthæi** II. Omnia quæcunq;

t v. orantes



Dominicæ precacionis.

Brātes petitis, credite quia accipie-  
ris & eueniēt vobis . Humiles esse  
debemus si exaudiri cupimus, secū-  
dū illud Iudith ix. Humiliū et má-  
suetorū semper tibi placuit depre-  
catio Deus, quā humilia respicis &  
alta a longe cognoscis. Quādo au-  
té ad orationē tamus, vt inquit Cy-  
prianus , vigipare et incumbere ad  
preces toto corde debemus: cogi-  
tatio omnis sæcularis et carnalis  
abscedat, nec quicquam tunc ani-  
mus quā id solū cogitet, quod pre-  
catur. Quæ autē segnities est alie-  
nari et capi ineptis cogitationibus,  
et profanis cū Dominū depreca-  
mur? Quasi sit aliud quod magis  
debeamus cogitare, cū Deo  
loquiamur . Quomodo nos audiri  
a Deo postulamus, cū r̄ ipsos nō  
audia

**Audiamus?** Volumus esse Deum meum  
morum nostri, cum rogamus, cum nos  
ipsi memores nostri non sumus? Hæc  
ille. In dominica oratione duo quæ  
maxime comeduntur: unum est, amor  
Dei, alterum proximi dilectionis. Prius,  
innotescit per id, quod ad Deum, patrem  
appellamus, cuius nomine sanctificatio-  
ri petimus. Alterum declaratur per  
hoc, quod proximum efficimus par-  
ticipem rerum postulatarum. Non enim  
dicimus, Pater mihi, sed Pater nos-  
ter, ut simul nobiscum proximus nos-  
ter loqui videatur. Dicimus etiam,  
Panem nostrum quotidianum da no-  
bis hodie: non dicimus, Panem  
meum: et in reliquis postuatis  
hoc modo. Tunc amore in pro-  
ximis nostris impendendum Chri-  
stus coram endauit, quædo in Do-

**Dominicæ.**

imina precatione voluit omnes  
petitiones in ea contentas esse cō-  
munes: quasi diceret, nos a suo pa-  
tre audiri si petitorum nostrorum  
proximos nostros efficiamus par-  
ticipes, simul & si remiserimus eis  
male acta in n s. Quod si nō fece-  
rimus pollicetur patrem suum nō  
remissurum n̄ bis. Tota vis euau-  
gelicæ doctrinæ in hac proximi di-  
lectione sita esse videtur, dicente  
Paulo. Qui enim diligit proximū,  
legē impleuit, Nā non adulterabis  
nō occides, nō furaberis, nō falsum  
testimoniū dices, non cōcupisces  
rē proximi tui, et si quod est aliud  
mādatū, in hoc verbo instauratur.  
Diliges proximū. s. ac teipsū.  
Dilectio pximi malū ne operatur,  
Plenitudo ergo legis est dilectio.

pater

**P A T E R N O S T E R Q V I**  
 es in cælis , sanctificetur no-  
 men tuum.



A T R E M appella-  
 re te i nime audere-  
 mus, n i hanc precā-  
 di formam renatis nō  
 bis iacro baptismatis fonte Filius  
 tuus reliquisset, Cū nemo in veteri  
 instrumento inueniatur quanlibet  
 Deo charus præter Esaiā qui Deū  
 appellare patrem fuerit ausus quo-  
 ad verbum caro factum est , & ob  
 eam humanitatem assumptā , no-  
 bis frater est, quod si frater , haud  
 dubiū quin eūdem patrem habeā  
 mus. V... e... r nostra Ecclesia  
 id agnosc... us, paulo ante precatio-  
 nem dom... vicam instituit in Missis  
 dicen



Dominicæ precacionis?

dicendum , Et diuina institutio  
ne formati audemus dicere , Pa-  
ter noster . & c . quasi diceret, mi-  
nime nos ausuros patrem appel-  
lare Deum , si Christus eius fi-  
lius non institueret diuinitus hanc  
precandi formam . At si tu san-  
ctissime Deus nobis es pater , nos  
filij tui sumus: et contra , si tui  
filij sumus , tu quoq; nobis pater  
es . Cum autem patris et filij in  
vniuersis animantibus vna sit com-  
munis natura , vna ortus et inte-  
ritus lex , vna propriarum com-  
munio passionum , quæ omnia  
longe absunt , vt inter te & nos  
reperiantur , quippe cum natura  
suis Deus , quo n' ma' exco-  
gitari potest , nos horum vinciones  
et penitus pusilli , tu æte nus absq;  
initie

initio & occasu , nos tempore  
geniti & corruptibiles , Tu insi-  
nitus , impassibilis , semper idem:  
nos finiti , passibiles omniq; mo-  
mento diuersi , merito temera-  
rij iudicaremur te atrem appel-  
lantes , a quo longissime submoue-  
mur . Appellamus ergo te patrem ,  
no q; filij tui natura mus , sed gra-  
tia & fide , accipientes potestatem  
a filio tuo , vt filij tui efficeremur  
qui credimus in nomine eius , no-  
strum patrem te compellamus ve-  
no ore , qui vna fide , vna Euan-  
gelij doctrina in vna tua Ecclesia  
militante fratres sumus . Neq; de-  
cuit in hac precandi formula a  
Christo ~~constitutus~~ , singuli diuida-  
mur , quo: una charitas , unus filius  
tuus , unus in baptisma collegit .



**A**mbitionis multa dignum putamus eum, qui relicta fratrum concordia, ita se effert ut dicere non sit veritus, Pater mi qui es in cælis, panem meum quotidianum da mihi hodie, et dimiri mihi debita mea, & reliqua de cunctis orationis ad hunc modum inuertat. Diceris pater noster tanquam si nostra esses possessio. Nec mirum, quādoquidem tu Pater sic dilexisti mundum, ut filium tuū vnigenitum nobis dares. Item, diceris noster, et nō meus: ut vinculum vniōnis proximorum in te Patre notaretur: et ut simul vnius patris filij essemus. Nec est vnde insolecant superbi, qui alios generare antecellere ait, Solus Christus priuilegio nostræ dice re potest, Pater mi. Sic recatus est Patrem

Patrem tempore sui transitus in-  
quiēs, Pater mi, si possibile est & c.  
& Pater ad Filium, Hic est filius  
meus dilectus & c. Dixerat ergo  
filius tuus te in cælis esse, vt nos hor-  
taretur eo eundū, vt tu pater nos-  
ter es: nō in terrenis &c vanis huius  
inferioris mūdi laqueis, quibus irre-  
timur, quærendus es Pater. Porro  
te patrem nostrū in cælis dicimus  
**commorantem**: non q̄ loci quic-  
quam relictum maneat, cui per na-  
turam non adfis: sed ob id te in cæ-  
lis esse fatemur, q̄ cælestium spiri-  
tuum internas mentes incolas: q̄  
tuorum Christianorum in terra vi-  
uentium contrita corda inhabites:  
q̄ cælestis v. latus cū sis, nullos  
recognosc filios nō cælestes. Da  
igitur Pater noster qui in cælis es,

Dominicæ precacionis:

Sanctificetur nomen tuū. Da pater  
sancte tuo nomini gloriā impēda-  
mus. Hoc nobis in gloriā futurum  
cognoscimus, si in nobis nomē tuū  
sanctificetur. Vilescat nomen nos-  
trū & a demo ēetiū terra deleatur,  
solū tuū nom⁹ resonet oratio nos-  
tra. Da Pater optime illud in aures  
omniū passim fundētes, velut vexil-  
lū ante oculos tuorū militum ante-  
feramus. Agnoscimus sapiētissime  
Pater humanū genus hoc in vitiū  
maxime lapsū, certat enim viribus  
totis pro extollēdo suo nomine,  
proq; sua in posteros ampliāda glo-  
ria. Cui malo pugnacissime resistis,  
huiusmodi superbos deprimens,  
quos inūdus mēt... nōces: erigis  
elisos, exaltas humiles, iquos solos  
tuæ misericordiæ oculis inflectis.

Da

Da quæsumus Pater, tui nominis  
splendor sic luceat mundo, q[uod] fugiat  
tenebrae huius inanis gloriae. Ipsit  
ergo nos creaturæ tuæ clemetissi-  
me Pater, procubimus ad tuos pe-  
des postulaturi, i.e. oscas, nos pas-  
sos fuisse titulo maiori decorari,  
quā nostra natura et virtus ferebat.  
Da quoties audierimus hoc nomē,  
Maiestas, Altitudo, Dominatio, et  
huiusmodi reliqua hominibus tri-  
buta, proferamus tota mēte, Non  
nobis Dñe, non nobis, sed nomini  
tuo da gloriā. Tu pater piissime as-  
sistite quæsumus operi tuo, et da sit  
in nobis nomē tuū sic sanctū, q[uod] san-  
ctificet nos qui in tri num in perso-  
nis et via essentia ac verum  
Deim confitemur, sanctificet &  
populum reditatem te. Agnosci-

vij mus



Dominicæ precationis.

mus dedecorosum esse, tātū tamq; ineffabile nomē tuum ore polluto ac mente a te non illustrata fore a nobis proferēdum . Lava ergo nos Pater, et ab iniuitate nostra munda nos, vt inūd. & viribus in omnes mundi nationes, quantūuis barbaras possimus extēdere nomen tuū. Precamur ergo te Pater noster , qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum, fiatq; in nobis nomen tuum sanctum, firmum, stabile, in uiolabile et robustum, quandoquidē turris fortissima est nomē tuum . Illud inquam nomen sanctificari in nobis petimus, quod est super omne nomen, nomen (inqua), I E S V S, in quo omne genit. stit. cælestium, terrestrium & infernorum. Quo nomine in nobis habilito fu-

gabun

gabūtur dæmones, barbari omnes  
vincētur, hæretici agnoscēt erro-  
res suos, & vniuersæ aliæ mundi  
pestes peribunt.

## AD VENIA T REGNUM

tuu. i.



Pater cælestis in cuius  
regno nullū est dissī-  
diū, nulla pugna, nul-  
la noxa, sed omnia in  
suis metis cōsistūt et parēt tuæ vo-  
lūtati, a qua recedere nefas est: quo  
niam iusta, sancta & semper con-  
stās est. Da quæsumus nobis famu-  
lis tuis, ad nos veniat regnum illud  
tuum sapientiæ, qua cuncta guber-  
nas: illam in qua rī, tuam regnandi  
industriam nōq; tenorem, prout  
nos ea cunctitas fert, postulamus.  
Illabatur p̄ ecamur in nos diuina  
v. iij quædam



Dominicæ precacionis.

quædā tuæ sapientiæ scintilla, quæ  
possimus cōstáter et iuste nos et ea  
quæ nostro imperio subsunt mode  
rari, quæ omnia pro tua bonitate  
nobis commisisti. Nec parum fe  
cerit, credendi n̄ est, qui seipsum  
tibi lucrifecerit. Qui autem et se  
et alios quamplurimos a tua lege  
aberrantes ad te compulerit ire,  
grandem victoriā adeptum fuisse  
putamus. Nos ergo serui tui ad te  
confugimus Pater clementissime  
petituri sapientiam illā, quam de se  
de magnitudinis tuæ Salomoni cō  
tulisti, hanç totis votis postulamus  
in nos trāmittas pro tua vniuersa  
li Ecclesia instituēda. Da nobis Pa  
ter amātiſſime ſeari  
cē sapiētiā, quæ intelle  
tenebras depellat, illuf  
erudas

erudiāt linguam , & præstet vberē  
loquendi gratiam. Da, ea solū cō-  
cupiscamus , quæ tibi futura sunt  
grata, ea prudenter inuestigemus,  
inuestigata perficiamus quæ ad lau-  
dem tui nominis nō ueris profutu-  
ra. Non enim sumus sufficiētes co-  
gitare aliquid a nobis tanquam ex  
nobis , sed sufficiēcia nostra ex te  
Patre nostro, Deo nostro, et Do-  
mino nostro est . Da Pater in  
eligidis Episcopis pro tuis oui-  
bus pascendis decor Ecclesiæ tuæ  
seruetur: et in administratione rei-  
pub, sacerularis, eos solos iudices ad-  
mittas, qui vere Christiāi sūt, quiq;  
tati muneric functione existat dig-  
ni. Reliquia h̄as tui orbis sic vir-  
tutibus ornata , vt Ecclesiæ tuæ  
non solū sint ornamēto, sed et

y iiiij

frugi



Dominicæ precationis.

frugi. Adueniat, rursus petimus re-  
gnum tuum ad nos , regnū gratiæ  
et charitatis, regnū cōstantis fidei.  
Adueniat Iesus Christus , qui no-  
stri regni arcis præsit , recturus nos  
in omnia et per omnia , vt contra  
suos hostes pugnare possimus , qui  
eripere moliuntur regnum tuum.  
Scis Pater sapientissime quam sit  
diffusus Sathanas cum suo satelli-  
tio per vniuersa orbis regna, impu-  
dentissimus (inquā) ille hostis quō-  
dam ē cælo deiectus, qui circuit re-  
gnum tuum quærens quem deuo-  
ret, et a fide dimoueat tua, hunc ve-  
lut principē huius mundi et tyran-  
num, filius tuus , cum apud nos es-  
set, et vt nos in sa foris recipe-  
ret, foras eiecit. Fatemur quidē grā-  
dis audaciæ esse , imprudentia heroicæ  
for

fortitudinis et puræ cōsciētiæ regi-  
num tuum postulare, et iudicium  
non timere. Sed nisi ad nos Pater  
optime transmiseris regnū tuū, ti-  
memus nos perituros. Agnoscis  
Pater quam muli a te recesserint  
populi septētriona es: quamq; tur-  
piter fundamenta tuæ fidei abne-  
garint, a tuaq; Ronina Ecclesia re-  
cesserint, quamq; multis hæresibus  
oppleta sit tua domus, quot princi-  
pes exorbitauerint, in quam deme-  
tiam nuper Rex Angliæ venerit,  
nec desunt qui per cuniculos et clā-  
per vniuersum mundum virus pes-  
tilentissimum suarum hæresum se-  
minare conantur. Da quæsumus  
Pater f' ei rō<sup>1</sup> & constantem ani-  
mū sapie uædonum, viresq; pa-  
tes ad eue endos ablegandosq; hu-

v v

iusmodi



Dominicæ p̄ecacionis.

iusti modi morbos. Quod nempe feceris si ad nos regnum tuum attuleris, hoc est, si nobis similem regnandi peritiam, qua cuncta superiora moderaris, fueris impertitus, qui nos bonitate tua ad similitudinem tuā effeceris. At nos si venerit regnum tuum ut postulamus, et pro nostra virili operam moderandæ reipub, impenderimus, certo certius scimus nos ad tuū cælestē regnū migraturos, quod regnum clementissime Pater precamur nobis futurū, cum primum functi hac vita fuerimus. Nēpe nos finiti cum sumus, regnum tuū infinitum attingere nostris viribus non valemus, non enim sunt cognoscētæ sufficiētæ huius temporis ad futuri in gloriā quæ reuelabitur in nobis sufficiētia

tia quippe nostra ex te Deo Patre nostro est. Operæ pretiū ergo est, si ad te nos ire iubes, regnum tuum prius veniat ad nos, hāc rem adepti erimus, modo fiat in nobis voluntas tua, hanc conseuumur si quotidie nobis panem porrexeris tuæ benedictionis.

**FIAT VOLVNTAS TVA SI-  
cut in cælo & in terra.**



V A M voluntatem fieri obsecramus Pa-  
ter altissime, non no-  
strā, quæ inanis est,  
incerta et nō tamēto vacans, quæ  
leuis oī. si aura, in lubrica et per-  
cūtia quæ mouetur, prodiga suæ  
liber



Dominicæ precationis.

libertatis, oblita sui candoris, ingra-  
ta suscepit munera, suspirat terre-  
na, paret sensui, suæ rationis effecta  
hostis. Emitte preciamur te Patré,  
sanctum spiritum tuum, qui men-  
tes nostras excusat, et, easq; ad te redu-  
cat, factorem nostrum et Deum  
noscum: nec sinat nos amplius la-  
bi in pristinos lapsus, et huius mun-  
di procellas, sed eo ductore, quea-  
mus in hoc exilio tuam solius face-  
re voluntatē, sicq; eam impleamus  
in terra, atq; angeli implent in cæ-  
lis: et tales adipiscamur finē, qua-  
lē cælestes spiritus sunt adepti, qui-  
bus idem atq; nobis fuit ortus, quā  
doquidem ex eodē nihilo te crea-  
tore sumus omnes. At, quod il-  
los beatos effeceris monento post  
creationem, nos autē ir plurimos

annos

annos distuleris, nemo præter te  
hunc nodum soluere potest. Preca-  
mur Pater sanctissime tuae volūtas  
impleteatur tandem in nobis, sicut in  
angelis fuit impleta ut ita in terra ti-  
bi seruiamus homines quomodo  
angeli tibi inculpate seruiūt in cæ-  
lis, quorum altissimi, quos Seraphini  
appellamus, a te Deus patre tanquā  
a secretis primi mouentur, beatifi-  
canturque, tuam suscipientes volū-  
tatem, quam transmittunt in Che-  
rubin. Hi in thronos eandem vo-  
luntatem infundunt. Ab his in pri-  
mos ordinis sequentis, et deinceps  
hoc pacto in cæteros angelorū cha-  
ros meare credimus tuā ipsius vo-  
lūtatem. quāq; vniuersi assistat,  
tuāq; ira aetatur diuinitatem, vi-  
deantq; illi teq; plurima, sine inter-

prete



Dominicæ preicationis:

prete. Quo fit cælites vniuersos cælestem et vere beatam agere vitā, quia tuam voluntatem efficiunt, erubescant igitur qui ruinas quotidie fieri in cælo mentiūtur. Quid enim cælorū similitudo nobis prodesset, si et in cælo peccatū est? Nō secus futurū putamus Pater in nobis, si tu in summos nostræ terræ motores, vt pote Sūmū Pótificē et cæteros mundi reges tuam infunderis voluntatē, per eos in reliquos inferiorum hominum gradus trásfundendam, eo ordine quo cælestes spiritus tua voluntate aguntur. Hoc petimus Pater dicentes, Fiat voluntas tua sicut in cælo et in terra. Parant q. sumus tuæ voluntati homini terreni, quemadmodum Angeli cælestes

tua

tuæ voluntati obsecundant : fac op̄  
seruetur in terris is ordo , quem a  
condito orbe obseruari in cælo  
iuissisti. Amplius cælestia corpo-  
ra intuemur perpetua , eodem te-  
nore continuo mo a , nullas inter-  
capedines admittētia, quibus nul-  
lum aduenit senium : micant af-  
tra perinde nunc a. q̄ in suo ortu  
fecere . Nempe in cælis eorumq;  
stellis nullum dissidium , nulla re-  
bellio , interitus nullus habetur .  
Quæ omnia ob id euenire credi-  
mus , q̄ tuæ parent voluntati . Ve-  
rum terra hæc nostra , quam in-  
colimus ( quæ punctum est com-  
parata ad cælum ) nulla non ad-  
mittit agit: , bella , homici-  
dia ; fur: , sacrilegia , fraudes &  
reliqua I. ius generis portenta ,  
qua



Dominicæ preicationis.'

quæ huic obueniunt orbi, quia nō obtéperat tuæ voluntati. Da ergo Pater, postquam tua refert curam habere filiorum tuorum, fiat volūtas tua in nobis terrigenis, perinde atq; in tuis cæli ðolis fieri fatemur. Recte agnouerat Christus quanti sit habéda Dei voluntas, qui de cælo descenderat, hō vt suam faceret, sed sui patris voluntatem, qui eum ad nos miserat. Nam cum esset in agonia et vitæ suæ discrimen instaret, orans Patrem inquit, Nō sicut 'ego volo, sed sicut tu fiat voluntas tua. Si Christus, qui peccatum nō fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, ita se gessit, et nos Christi imitatores idem facere "beñis". Sūmū beneficium petimus a te Deo patre nostro cum tuā p̄bstulamus fieri

fieri in nobis voluntatem, non no-  
strā. Nempe illa si fiat, nos beatos,  
contra si nostra, miseros efficiet.

P A N E M N O S T R V M  
quotidianū da nobis hodie.



E T I M V S a te Pa-  
ter des nobis panem  
nostrum quotidianū.  
Nec ob id nostrū ap-  
pellainus, q̄ non sit tuum: cum &  
nos tuarum manuum opus simus:  
ac per hoc & nostra tua erunt, Sed  
ex eo nostrum panem dicimus, q̄  
vsui nostro quotidiano decens eſt  
& necessarius. Nam cum duas vi-  
tas viuere nō s̄, ſe libilem vnam , &  
alteram ſp̄ ritalem: ita duos panes,  
id eſt, alimēnta duo , ſub vna panis

x appē




Dominicæ precacionis.

Appellatione a te poscimus nobis  
dari. Tu igitur Pater, qui tua boni-  
tate iumenta et homines decreuif-  
ti saluare, da in primis nobis homi-  
nibus, quatenus spiritales sumus,  
mentesq; tui similes et a te solo ge-  
nitas habemus, panem quotidianū  
trāsubstantialem seu supersubstā-  
tialem et cælestē, quo tibi hodie  
viuamus. Panis, quem petimus, fu-  
niculo triplici cōditus est, fide, spe  
et charitate. Hūc si nobis præstite-  
ris, vitam cælestē viuemus, quā nec  
Sathanas nec aliæ huius mūdi po-  
testates disrūpere ab alis tribus vin-  
culis valebūt. Panis quē petimus,  
euangelicus sermo est, hunc si no-  
bis hodie dederis, v. agredīs bea-  
tā. Nō enim in solo frum. taceūpa-  
ne viuit homo, sed in oīni verbo

fran

euangelico, quod procedit de ore  
tuo. Panis, quem petimus, filius tuus  
Iesus Christus est, ipso dicete? Ego  
sum panis viuus qui de cælo descé-  
di, si quis ex hoc pane manducae-  
rit, viuet in æternum. Hunc da no-  
bis Pater māducandū, hunc in pe-  
stora nostra tráffunde. Hác alimo-  
niam cælestē si nobis hodie dederis  
Pater, vitā sane dederis nobis cæ-  
lestem haud in æternū morituris,  
si cum ea discedamus. Ecce ocu-  
li nostri in te sperant domine Pa-  
ter, Tu da nobis escam in tem-  
pore hoc opportuno. Si aperis  
manum tuam, omni nos benedi-  
ctione replebis. Tu Pater, qui di-  
xisti, Aetios sum & ego adim-  
plebo illū, da hoc nostrum os hi-  
ans ad te, uis impleatur eloquijs:

x iij da




Dominicæ preicationis.

da illum vberem panein tuorum  
mandatorum , quo tua hæc regna  
cibare possimus. Nil legat in nobis  
tui populi præter mandata tua, phi  
losophiam tuam , voluntatem tuā  
& vnicum filium tuum . Si tu Pa  
ter es nostra illuminatio, quæ time  
bimus Turcā ? Si noster protector  
es, a quo hostēs trepidabimus ? Age  
Pater, ne deseras nos in tempore hoc  
tam saeuæ famis, porrige in dexteras  
nostras panem Euangelici sermo  
nis porrigendū , quibus paraſti reg  
num tuum cæleste. In leuas infun  
de ignem quo tuos hostes vineam  
tuam demolientes falsis suis tradi  
tionibus in fauillas redigamus. Su  
pereft nūc Pater, recenerte, des  
nobis hodie panem nostrum quo  
tidianum quo pascamus, quatenus

sen

sensuales sumus, Tu qui nobis in socium & adiutorē dedisti hoc corpus, tandem suo modo beatificandum, si rationi obtemperet, da vivitum nobis hodie, quo illud alere possimus. Sit nobis de rore cæli & de pinguedine terræ abudatia frumenti, vini & olei, sint reliqua ad minicula humanæ naturæ congruentia. Hæc petimus nō ad luxum, sed quatenus necessitas corporis postularit. Nec petimus hūc victū ad plures annos, non ad mēsem, sed ad diem hodiernū. Nam qui regnū cælestē nobis velociter aduenire ad infinitos annos expetimus, idq; obnixe Paulo ante poscebamus, pugnar la quæ ere videremur, si hun̄ panē id plures dies pro corpore nostrō fouendo peteremus.



Dominicæ precacionis.

Nec decens putamus qui filij tui  
per adoptionem sumus, recedere a  
iussu filij tui naturalis iubētis. No-  
lite solliciti esse in crastinum, crasti-  
nus enim dies solicitus erit sibi ipsi.  
Aperte innuit, sollicitudinem re-  
rum mundanarum rescindendam,  
sicq; viuendum tanquam non am-  
plius quam per diem vnum simus  
victuri. Nam petere panē ad diem  
vnum, est petere vitam diei vnius.  
Da ergo Pater, ita res nostras com-  
ponamus, q; vna hac die si morbus  
ingruerit repentinus, ad te migrare  
possimus.

ET DIMITTE NOBIS  
debita nostra sicut et os  
dimittimus debitis libus  
nostris.



S T tāti pōderis apud  
te Pater charitas, q̄ v-  
niuersis spiritualibus do-  
nis præferas eā , népc  
virtutes omnes absq; charitate a-  
mittūt decorē suū: cōtra vero chari-  
tate posseſſa cæteræ virtutes et po-  
ſſidétur et fuos illustrát poſſeſſores.  
Hanc pluris facere requisti Pater,  
quā dicēdo te nō dimissurū nobis  
peccata noſtra, niſi et nos dimiseri-  
mus noſtris debitoribus, ac ſi dice-  
res, niſi proximos uestros quālibet  
inimicos amaueritis, haud amabo  
vos: in qua enī mēſura mēſi fueritis,  
remetietur et vobis. Placet hæc lex,  
amplectimur eā, iudicē ſumimus eā  
inter te et nos, t̄ dicimus cum tuo  
Dauiae, s̄ reādidimus retribuenti  
bunobis mala, decidamus merito



Dominicæ precationis.

ab inimicis nostris inanes. Obscuram  
mus igitur Pater, delcas nostra de-  
licta, remittasq; debita nostra, perin-  
de ac nos cōdonamus nostris debi-  
toribus. Fatemur Pater, nos tibi  
ingratos futuros, dignosq; æternis  
supplicijs, si tui dissimiles nostra  
malicia efficiamur. Quod si tibi  
reddamur similares, condonates nos-  
tris inimicis, et amantes eos qui nos  
oderūt, speramus et fide certa tene-  
mus, te nobis ignosciturū. Tu Pa-  
ter, qui æque Solem tuum oriri fa-  
cis super iustos & peccatores, qui  
spargis munera tua perinde in tuos  
hostes, atq; in tuos Christicolas, &  
nonnunquam maiora mundi im-  
peria eis tribuis, da obit, recanti-  
bus, non solum nostris debitoribus  
condonemus, verū et ipsi pro rō-


stris viribus ampliter benefici si-  
mus. Hoc vnum a te Pater postu-  
lamus, des nobis decentem animi  
vim ad hoc onus ferendum , quod  
supra vires nostras est . Non enim  
te promereri possumus dicétes, Di-  
mitte nobis debita nostra , sicut et  
nos dimittimus debitoribus nos-  
tris, si sermo noster i illo opere im-  
pleatur . Tu ergo Pater , qui filio  
tuo innocentissimo dedisti, vt pos-  
set omnium nostrum iniquitates  
portare, da hostium nostrorū no-  
xas ita blande feramus, q̄ hac vna  
in re præcipue filium tuum imita-  
ri possimus. Nemo est, qui igno-  
ret Pater beneficentissime , hoc sū  
mum h̄c ficiū a te nobis esse col-  
latu. N m si nostris proximis re-  
mi timus, nāle acta in nos, libera-

x v mur



Dominicæ p̄ecacionis.

mūr a multis ac pene infinitis ani-  
mæ morbis, vtpote ira, liuore &  
perpetua solicitudine in parandis  
insidijs, captando tempore & op-  
portunitate pro vindicta sumenda  
de inimicis nostris. Præterea, si re-  
mittimus , id facimus peccatores  
peccatoribus , & quæ remittimus  
finita sunt, ead remq; tantilla. Tu ve-  
ro Pater sanctissimus cū sis, remit-  
tis nobis peccatoribus & ingratis  
delicta nostra, non quæuis, sed dig-  
na perpetuis ignibus, quippe quæ  
contra tuam infinitam bonitatem  
sunt commissa. Quis est adeo ratio-  
nis expers, qui non videat fœlix hoc  
fœnerandi genus? Nam condonan-  
tibus nobis debitu n̄ vn̄ tr̄ infini-  
ta cōdonātur nobis: et amantes nos-  
centē, amamus ab innocēntissimis o:



& seminātes vnum granum, acer-  
uum immensum colligimus: et qui  
seminamus in lachrymis dimitten-  
do nostris debitoribus errata quæ  
in nos patrarunt, in exultatione tā-  
dem metemus . Iubemur Pater,  
orare quotidie, remittas nobis pec-  
cata nostra, non secus quam panē  
petere quotidianū , quo vitam  
nostrā sustētemus. Sicut enim quo-  
tidianus viētus quotidianā famē ex-  
tinguit, sic delicti condonatio quo-  
tidiana, morbū quotidianū a men-  
te nostra rescindit. Cumq; peccae-  
mus quotidie Salomone dicente.  
Septies in die cadit iustus , et alibi  
Euangelista Ioannes affirmet . Si  
dixerit quādnam peccatum nō  
ha' emus, ipsi nos seducimus et  
veritas in nobis non est . Iustum  
est,

Dominicæ p̄ecationis.

est quotidie adeamus te Patrē me-  
dicum nostrum petituri salutem di-  
centes. Pater dunitte nobis debita  
nostra, sicut et nos dimittimus de-  
bitoribus nostris. Extēde Pater tuā  
misericordiam in nos, quibus hunc  
precandi modū filius tuus reliquit,  
sciens te incontanter veniam nobis  
daturum, si nostris debitoribus pe-  
percerimus. Inquit enim. Cum ita-  
bitis ad orandum, dimittite si quid  
habetis aduersus aliquem, vt Pater  
vester qui in cælis est, dimittat vo-  
bis peccata vestra q̄ si vos non di-  
miseritis, nec Pater vester qui in cæ-  
lis est, dimittet vobis peccata ves-  
tra. Nullū nobis suffugiū in die illa  
extrema vniuersalis iudicij futurū  
est, si nostris debitoribus tōnā  
serimus errata in nos. Hoc erit

scientes procumbimus ad tuos pe-  
des Pater clementissime precantes  
mittas in nos spiritū sanguinū tuū,  
qui sic demulceat, ac blandas red-  
dat mentes nostras, vt nostris debi-  
toribus, debita nostra dimittamus.

Tu Pater, qui tuæ pollicitationis fi-  
dem adimples, quiq; cælum et ter-  
rā in nihilum mea permittes po-  
tius, quā tua promissa minime im-  
pleantur, da, postquam ad te con-  
uertimur, et tu quoq; ad nos con-  
uertaris, et expiatis nostris delictis  
sic illustres mentes nostras, nosq;  
efficias perfectos, vt a te diuelli am-  
plius non possimus.


ET NOS INDUCAS  
in temptationem.




Dominicae precacionis.



V Pater, qui nemine  
vis tentari vltra id  
quod potest, sed facis  
cum temptatione pro-  
uētum, da, nullis vin-  
camur tētationibus. Tu qui per os  
apostoli tui Pauli dixisti, Qui vo-  
lunt diuites si or i incidunt in tenta-  
tionem et in laqueum diaboli, pel-  
le a nobis illum vnde cunq; obtinē-  
darum diuitiarum appetitum. Tu,  
qui eripuisti tuos sanctos ē manibus  
tētatoris inimici, extēde super nos,  
cum tētamur, dexteram tui auxiliij,  
q̄ræ nos reddat innoxios et ab om-  
ni tētationis lapsu liberos. Dic que-  
sumus Pater clemētissi s. tuos nō  
tentauerit Sathanas vniuerſo. hōe  
minum carnifex, q̄iādē quidē m-



pudentissimus ille humani generis  
hostis filium tuum cädidissimum,  
sanctissimum et in cūstis rebus cō-  
stantissimum est aggressus, varijsq;  
tentationum generibus impetuuit.  
Quod si a cōdito orbe rem ipsam  
intexere aggrediamur, reperiemus  
vniuersos homines diuersa tētami-  
num genera passos, viatos quā plu-  
rimos: quamq; paucissimos euassif-  
fe viatores. Nam si duas colú-  
nas tuis manibus formatas, Ada-  
mum et Euam , præsidio origina-  
lis iustitiæ munitissimas quasi auit-  
dæmon ille scelestus , quem non  
interimet mortalium , tuo si fue-  
rit auxilio destitutus ? Caim pri-  
moger <sup>et</sup> supplantauit , Esau ,  
Phar onem , Saulem : Salomonē  
aut in diuina scientia ornatum ad  
idola



Dominicæ precationis.

idolatriam inflexit. Quot gentiliū  
duces, quot imperatores, quot tur-  
cas , quot Indos, quot vniuersi hu-  
ius mundi populos non subuertit,  
et in paucis tuis Christianis quot a  
tua fide nō dimouit? Quid agis Pa-  
ter facturæ tuæ oblitus, et (vt mo-  
destius loquamur) quare Pater per-  
mittis opus tuum possideri ab illo  
Sathanā tenebrarum principe ne-  
fandissimo? Non ignoramus Pater,  
huic tyranno datam potestatē ad-  
uersus nos , vel ad pœnam nostrā  
si vincamur, vel ad gloriam, si supe-  
remus. Verum quis superare vale-  
bit, nisi tu dederis nobis illam tole-  
rantiam et patientiæ vim, quam té-  
tato Iob tribuisti? Qui s'uperare  
valebit, nisi tu dederis nobis interū  
Natham , quem a d. David regem

post commissum adulteriū transmissisti? Quis superare valebit, nisi tu dederis nobis a carnis concupiscentia motis, gratiam illam quam es largitus Paulo deprecanti ut ab eo carnis stimulum abigeres? Quis superare valebit, nisi tu dederis nobis auxilium quoddam particula-re, quo vincamus iuersa, quale Laurentio, Antonio, Catherinæ et toti martyrum, cōfessorum et virginum cætui tribuisti? Tentamur Pater, non ab vno dæmone, sed a multis, et etiam a mundo & carne, quam nobis, ad huc non demerentibus natuum hostem, tribuisti. Nam ante mentis ortum putris caro rebe*li* iem parauerat, quam rē ob r*u*ni parētis lapsum nobis credimus ad senisse. Tu enim Pater

y dixisti,



Dominicæ precationis.

dixisti , Sensus & cogitatio hu-  
mani cordis in malum prona sunt  
ab adolescentia sua, ob eamq; cau-  
sam pollicitus es te nō vltra percu-  
surum omnem animā , sicut fecis-  
ti per diluuij aquas. Quod si in ipso  
mundi exordio, qui tentabantur ,  
procumbebant , quando Sathanas  
minus expertus erat, quando mū-  
dus parum labefactatus extiterat,  
quando sensus velut infans teneros  
insultus patiebatur, quanto fortius  
in hcc mundi senio prosternemur  
vincemurq;, cum tentamur ab his  
hostibus, dæmone, mundo & car-  
ne? Quando dæmon ipse multa re-  
rum experiētia fultus, parat in nos  
sine numero, mille milli in nocē-  
di modos , quando munus nulla  
non adimitit flagitia, qua ido c

pus, quod corrumpitur, aggrauat  
animā, & sensus dominatur ratio-  
ni? Quæ omnia considerabat Rex  
Dauid, cū dixit. In te Deo eripiar  
a tentatione, & in Deo meo trāf-  
grediar murum. Agnouerat & ex-  
perimento didicerat, se a tētationi-  
bus vinci, nec sine Dei auxilio eas  
posse superare. Si itaq; Dauid vir  
fortissimus, qui potentissimū Go-  
liath prostrauit, vrsum et leonē la-  
ceros suis manibus reddidit, a tēta-  
tionibus euincebatur, nos fragiles  
et imbelles quo pacto, quum in tē-  
tationes incidimus, eas deuincere  
finete Deo nostro valebimus, Tu  
igitur Pater, cui est proprium mi-  
sereri semper et parcere, quiq; adi-  
ples ac semel fueris pollicitus,  
da erbūtuum impleatur in nobis

y ü ad te



Dominicæ precationis.

te clamantibus et dicentibus Et ne  
nos inducas in tétationē. Nō quod  
tu inducas et impellas nos in tenta-  
tionem , cū intentator sis malorū,  
et ipse neminē tétas. Tétatur enim  
vnusquisq; a concupiscétiā sua ab-  
stractus et illectus. Sed sæpenume-  
ro permittis nos tentari , vt probes  
nos, si fortes sumus , et huiusmodi  
tentationes tolerare possimus . Sic  
tuo permisso Job fuit tétatus . Sed  
quū ipsius Job tolerantiā attingere  
non possimus sine te, ad te recurri-  
mus,táquā ad patrē misericordiæ.  
Tu nempe dixisti per os prophetæ  
tui Dauidis , Clamauit ad me &  
ego exaudiā eū,cū ipso sum in tri-  
bulatione, eripiā eū et ḡ brificabo  
eū. Exaudi ergo nos clar. b. ad  
te, eripe nos a laqueis veratiū h̄ s-  
ti sm


tiū. Vides Pater, quām aduersariūs noster diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærēs quem deuoret, quāmq; mouetur in orbem aduersum nos, prospiciēs si qua parte nos inermes reperiat atq; improuidos, per quam nos quatiat , suumq; virus pestilentissimū in nostras mētes traijciat . Precamur Pater , ne tradas bestijs ferocientibus animas confitentium tibi.

**S E D L I B E R A N O S A**

malo. Amen.




N A hac vltima petitione Pater, multa a te postulamus . Petimus enim expertes fieri malis:ne alī vno malo duntaxat petimus liberari, sed ab vniuersis. O ingens parentis liberalitas , o summa y iij ignoscē



Dominicæ precationis.

ignoscétis miseratio. Nec enim filius tuus hoc nos petituros dixisset, nisi te nobis præstiturū illud sciuisset. Da ergo Pater, fruainur tui filij pollicitatione, & eripe nos a malis, quos in filios recepisti, tuo filio co-hæredes. Libera nos Pater a spiritu fornicationis, ab ira, odio, & omni mala voluntate, a subitanea & improvisa morte, ab ira tua, ab insidijs diaboli, a morte perpetua, et de niq; ab omni malo. Quæ omnia si pro tua bonitate egeris Pater, erga nos tuos filios, te Patre fruemur cū tuo filio & spiritu sancto per sæcula omnia sæculorum, amen. Dicimus, Amē, quod significat idem quod fideliter, vere, firmatē & indubitanter. Credimus firmiter faciter te per essentiā verum, quiq; al-

im̄plēs quod semel p̄omittis, et in  
uiolabili ter obseruas vniuersam tui  
euāgelij pollicitationem . Sis ergo  
nobis precantibus fidelis, qui dixis-  
ti . Amen dico vobis , omnia quæ  
orātes petitis, credite quia accipie-  
tis et euenient vobis: et rursum . Pe-  
tite et dabitur vobis, quærите et in-  
uenietis, pulsate et aperietur vobis .  
Omnis enim qui petit, accipit , et  
qui quærit, inueniet, et pulsanti a-  
perietur . Quærimus te Patré exu-  
les filij tui, petimus nobis cōcedas  
quæ postulamus in precatione fi-  
lij tui, scilicet, vt tuū nomē sanctifi-  
cetur in nobis et regnū tuū ad nos  
trāsmittas, fiatq; in nobis plena tua  
vol̄ s perinde ac in cælo imple-  
t̄ , panm̄q; nostrū super substanc-  
t̄ ilē et quoti ianum des nobis ho-  
y iiii die,




Dominicæ precationis.

die, et dimittas nobis errata nostra,  
sicut et nos dimittimus debitori-  
bus nostris, et ne nos permittas in  
tentationē labi, sed libera nos ama-  
lo. Amé. Id est, stabiliūtō perpe-  
tuō et firmo, hæc quæ petimus fir-  
miter credimus te nobis daturum,  
modo ad nos pulsantes aperiantur  
aures tuæ. Aud̄ ergo Pater suppli-  
cantiū filiorū preces, sicq; nos pe-  
titorū effice participes, prout cre-  
dimus te nobis impertiturum.

FINIS.

¶ Franciscus de Vargas amico  
lectori.

Has quoq; diuino deprōptas lumine flamas  
Ipse tibi spirat lector amice S. J. C. -  
Ut modo: verbigenæ nomē quo n̄ regere que  
Iam precibus patrem posse adire tuum ha





TSALVATIONIS ANGE  
LICÆ. DEIPARAM VIRGI  
NIA. EXPOSITIO. IOANNE  
MA. TINOSILICEO. AR  
CHIE. SCOPOTO-  
L. GANO.  
AUTORE.



**T**S E R E N I S S I M A E D O;  
minæ Mariæ Reginæ Bohe-  
miæ, eius præceptor Ioannes  
Martinius Siliceus Archie-  
piscopus Toletanus  
fœlicitatem.

.D.

**N**Vlli horum nec potuit nec  
debuit Deiparæ angelica salutatio  
nuperanobis illustrata sanctius di-  
cari, quam tibi Mariæ Imperatoris  
Caroli Quīti filiæ: quæ cū generis  
nobilitate, tū etiā religione & vir-  
tute cæteras huius temporis Reginas  
& antecellis et superas. Et vt ad cu-  
mulū tuarum dotū addas, te M A-  
R I A E matris Dei eū deuotam,  
mitto ad te hanc nostri m̄ saluta-  
tionis angelica oratione. sæ-  
pe sæpius legenda. a. V. e.

**T A V E M A R I A G R A**  
tia plena.



A V D E et lætare Ma-  
ria, quod te donauerit  
Deus, tāta ac tali gra-  
tia quod vniuersos tui  
generis homines antecellas, et supe-  
res vniuersa angelorū agmina . Tu  
vnica sine væ, sine lapsu, sine macu-  
la: expers peccati originalis, venia-  
lis et mortalis, sic placuisti Altissi-  
mo, vt omnis gratiæ et virtutis ple-  
nitudinē cōtulerittibi. Ab Eua pri-  
ma mulier, ab angelo malo tētata,  
meaū in nos omne malū: a te Ma-  
ria p̄r inueria, dñē ab angelo  
bono salutata, cōnne bonū accepi-  
mus,



**Salutationis angelicæ:**

**mus. Eua attulit mœrorem, Aue, læ  
titiā. Aue ergo Maria. Gaude, in-  
quā , et lætare, q̄ tanta apud Deū,  
angelos et homines splēdeas gratia  
quanta nulla pura creatura ante te  
aut post te splēduerit. Ascuerat olī  
**Maria Prophetissa** huius nominis  
prima, soror Aarō Tympanum in  
manu sua, egressæq; sūt omnes He-  
bræorū mulieres post eā cū Tym-  
panis et Choris , quibus præcine-  
bat dicēs. Cátemus Domino, glo-  
rioſe enim magnificatus est : equū  
et ascēſorē eius deiecit in mare. Tu  
Maria domina noſtra, tu quæ vere  
Maria es , prophetarū omniū pro-  
phetissa, cuius Typū Ia gessit, fu-  
me Tympanum in ma .  
redie-  
mur post te cū T . . . . . et C . . . .  
ris vniuersi famul . qui:pi ecine p̄ri-**

or, te in cōtanter sequemur, cantātes Dño . Gloriose enim magnificatus est dominus, qui equū et ascē forē deiecit in mare. Illa Maria populū A Egyptiacū per equū, et p af cēsorem regē Pharaonē intellexit, quos mare Rubrū exanimauerat, cum persequerētur fugientē Israelem, cui patulum se p buerat. Verū nos Sathanā dicimus ascēsorem eiusq; conſectaneos equum nomi- namus, quos in te Maria mersos ac penitus suffocatos fatemur. Quan- doquidem hoc nomē Maria, mare idemq; amarum significat . Es né- pe, o Maria et iure optimo amaru- lentum mare ijs omnibus , qui tuo candori ſu- nfesti, quiq; de te im- pudenter luūtur. Contra effice- ris m̄ re illu min. quod etiā tuum nomen




Salutationis angelicæ:

nōmē designat, ijs qui te plenā grā-  
tia cōfitentur. Cātemus ita q̄ spō-  
te nos tui famuli et deuoti, qui a te  
illustrari cōtendimus cāticum do-  
mino Deo nostro dicētes. Glorio-  
se enim magnificatus es domine,  
q̄ equū et ascēsorē deieceris in ma-  
re. Vere magnificus diceris Domi-  
ne, qui adeo magnam feceris tenel-  
lam virginem, q̄ nondū nata Qua-  
tuordecim annos nequā illū Pha-  
raonem cū sua A Egypto in mare  
deiecerit ac penitus suffocauerit.  
Tu Domine bonitate tua et mag-  
nificēcia virgini gloriosæ tantū ro-  
bur, tāta q̄ dotū munimina præsti-  
tisti, vt carnis omnes illecebras, cæ-  
teras q̄ huiusmodi p̄tes, quibus  
suo de more Sathanas ī. ī. ī. mū  
dum oppugna.

rit. Gloriosissime enim magnitac-  
tus es domine Deus in tua virgine  
ac matre Maria, sic triumphate in-  
terepo pestilētissimo illo hoste Sa-  
thana toti mundo infestissimo, q  
velut fortissima triumphatrix, eue-  
stigio tibi domine decātauit lōge  
sonantiori Tympano, quam fece-  
rit altera Maria hymnū illum mi-  
litanti Ecclesiæ iucundissimum .

M A G N I F I C A T anima mea  
dominū, Et exultauit spiritus meus  
in Deo salutari meo. & c. In prima  
semper nascentis mundi ætate do-  
minus per aquas deleuit A Egyptū,  
id est, vniuersos peccatores, qui ve-  
lut indomitus equus, per omnes vi-  
tiorum semī sferebatur Pharao-  
ne ascerat nec alio moueri no-  
uerat ducit urena. Et anteqz  
factus



Salutationis angelicæ.

factus foret Adamus, talis vna dæmoniorū A Egyptus fuerat in cælo cōtra quos Michael et angeli eius pugnarunt viētosq; in terram præcipitarunt: vbi per multa annorum milia sunt dominati, nec inuentus est a tempore lapsus Adæ ad tuum usq; aduentum Maria, qui hos nedicam vincere, verum neq; inuadere ausus esset. Gaude et lætare Maria, q; tu vna fueris a deo selecta ple na gratia quæ caput Sathanæ contiueris, eiusq; equū, id est, suos sequaces in mare perdideris. Ave ergo dæmonū triūphatrix, vitiorū ex pultrix, angelorū fortissima, deposi tū vniuersæ gratiæ, stellarū lucidi ssima, virgo virginū, re paradisi, immarcessibilis rosa, n. p. suffus giū, lassorū req̄a, p̄eit egrin, iūm

via , nauigantium portus , vulnera  
torum medicina, cælitum vniuer-  
forum corona , omnium ad te cō-  
fugientium asylum , omniū impe-  
ratrix potētissima. Tu domina no-  
stra , quæ post Deū patrē tuumq;  
filium et spiritum sanctum in reg-  
no cælorū primas es : impetra pre-  
camur, ab eo, quem nobis peperis-  
ti Messiam saluatorem & protec-  
torem , dignetur omnibus nobis  
Christicolis tāillū gratiæ imper-  
tiri , quo possimus et nos et vniuer-  
sas animas nobis comissas a dæmo-  
num laqueis eripere, et immacula-  
tos custodire.

Amen.

¶ MINVSTE  
cum.




Salutationis anglicæ,



V O D plena sis gra-  
tia, o Maria colligi in-  
ferriq; potest , velut  
consequens vnum ex  
antecedēte hoc. Dominus tecum.  
Nempe si dñs tecum est , tu plena  
gratia es. Vbi enim dñs deus est, et  
gratiarū plenitudo est . Grande sa-  
cramentū con præhenditur in hoc  
dicto, Dñs tecū. Nec ab re angelus  
Gabriel missus ad te legatus, cū te  
salutasset, protulit Dñs tecū, et non  
protulit , Cū Domino es. Quippe  
qui cognouerat te extemplo futu-  
rā Dei matrē : ob idq; verbo hoc,  
Dominus tecum vsus est, animad-  
uertens naturalē reuerentiā a Deo  
statim a te nascituro vi jni matri  
præstandam. Gaude erg ei tare  
Maria q; dominus

q; om ia,  
pergi m

per quē omnia, cū quo omnia sunt,  
tecū sit, tecū tanquam filius cū ma-  
tre, tecum tāquam infans cū nutri-  
ce, tecum tanquam subditus cū tu-  
tore. Si Deum satagimus inuenire,  
nullibi certius quam tecum scimus  
reperiendum. Si ab eo impetrare  
aliquid cupimus , te duce obti-  
nendum eit . Quod est Dominus  
tecum , o Maria , quæ Syra lingua  
Domina interpretaris , nisi Domi-  
num cum domina esse ? Sathanas  
impetere Adamum nequiuit , nisi  
per Euam: et nos Deum adire per-  
timescimus nisi per te Maria intro-  
ducatur, Quod si Dominus tecū  
est, vti diximus, quis adeo impudēs  
erit o M a, vt te contempta, euim  
aus atc mpellare, cum in prōptu  
sū obiugati & auditurus? Dicet  
z ii enim



Salutaciones anglicæ.

enim Dominus deus, quid agis in-  
uerecunde, nō ne intueris me cum  
Maria esse? Cū dñia angelorū esse?  
cum matre mea esse? Quæ insolentia  
tē rapuit:qua dementaris super-  
bia, et quis tu es, cui aures porrigā,  
cum spreueris matrem mihi chari-  
ffimam?scito te nihil impetraturū  
si a me selectissimam matrē substu-  
leris. Hoc est, o plenissima gratiarū  
Maria, quod angelus Gabriel signi-  
ficare voluit nō modo tibi, sed vni-  
uersis angelis et hominibus, quan-  
do dixit , Dominus tecū , quasi di-  
ceret . Dominum Deum amplius  
requirendū non esse extra te. Quo  
fit eum qui tibi hostis est, quiq; im-  
pius est in te, indignū for q; De-  
um inuenire queat. A I C m  
modo, o Maria ince igi patest h c  
lverb. b,

verbum . Dominus tecum . Nam  
tu homo cum sis, tantā apud Deū  
gratiā inuenisti , q̄ Deus in te fie-  
ret homo. At si deus dixit . Cum  
sanctis sanctus eris, et cum peruer-  
so peruerteris: credere dignum est  
Dominum Deum hominem esse,  
postquam ipse cū homine Maria  
est. Dic nūc nobis Maria, vnde ad  
hoc verbum. Dominus tecum , nū  
tiatum ab Angelo fueris turbata,  
nisi in ipso noueris Deū in te hu-  
manandū, et eum moriturū qui na-  
tura est immortalis, et reliqua cō-  
præhēderis fidē, quæ ad Deū esse  
hominē consequuntur? Que omnia  
sapientes huius mūdi adeo terrue-  
runt ei nullam adhibuerint fidē  
eximā impossibilia: propa-  
Deus. Perdam sa-  
z iū pientiā



salutationis angelicæ.

pientiam sapientum et prudentiam  
prudentum reprobabo. Tu ergo  
Maria et angelorum et hominum  
sapientissima, tanta fuisti gratia de-  
corata verbo hoc, Dominus tecū,  
audito, vt in admirationem rapta,  
intellexeris quæ Gabriel euestigio  
declarauit inquiēs, Ne timeas Ma-  
ria, inuenisti enim gratiā apud do-  
minum : ecce concipies & paries  
filiū, et vocabis nomen eius Iesum  
Hic erit magnus, & filius altissimi  
vocabitur, & dabit ei dominus se-  
dem Dauid patris eius, et regnabit  
in domo Jacob in æternū, et regni  
eius non erit finis. Gaude ergo &  
lætare Maria, q̄ Domini s̄ tecum  
sit, q̄q̄ vna tu hominum  
hominem nobis r̄-  
briel e cælesti curia


Si C  
'egati



Expositio. F. 12

ad te nondum matrē Dei creatam  
tanta vrbanitate , tantaq; verborū  
maiestate est usus : nos pusilli lin-  
guaq; blæsi o mulierum altissima  
Maria,cum ad te matrem altissimi  
Dei imus tuā opē postulaturi, quo  
orationis genere,qua sermonis vir-  
tute vtemur ? Ignosce quæsumus  
Domina, q; spurci cum simus an-  
gelicam salutationem polluto pro-  
feramus ore , eamq; tibi minus re-  
uerenter offeramus . A V E igitur  
Maria vtriusq; testamenti aurea ar-  
ca,sacrarium excelsi domini , fons  
diuinorum aquarum , vitis sancta  
palmitis æterni, ianua paradisi, de-  
positum immensi thesauri , lampas  
diuinis, ager florum semper  
virginitutis , vitæ , hospitium  
revis alt dixer hortus delitarum,

z iiii nauis



*Salutationis angelicæ.*

nauis mercium infinitarum, ciuitas imperatoris. Tu quæ sola meruisti tecum habere Dominū I E S V M redemptorem nostrum, impetres precamur, nos in famulos tibi dicatos recipiat et tandem cælestis illius Hierusalē, te duce, incolas reddat.

Amen.


**B E N E D I C T A T V I N  
mulieribus.**



A V D E et lætare Maria q[uod] vna tu ac sola mulierū ita placueris Altissimo vt omnes antecelas mulieres in benedictione, hoc est, in partus fæcunditat[er], & in solis fœminis et non omnibus. Sicut erit.  
Quam fæcunditate!




immo et angeli vniuersi natura fo-  
rent adepti, eos perinde superares  
atq; modo excellis tui generis mu-  
lieres vniuersas. Quod si pleræq; fœ  
minæ numerosam sobolem attule-  
rint, non propterea tibi vnicā pro-  
lem parienti æquabuntur in bene-  
dictione: cum illæ peccatis obno-  
xios suisq; libidinibus seruientes  
pepererint homines: tu autem vni-  
cum pepereris hominem peccati  
omnis expertem, eumq; Deum &  
totius mundi rectorē. Benedictus  
venter qui talem deum hominem  
portauit, Benedicta vbera quæ ta-  
tum hominem lactauerunt, Bene-  
dicta ergo tu in mulieribus, quæ ta-  
lé Solē mōdo præbueris, quo ani-  
mā tuā eiā et marcescentia re-  
ditat in ydixei tuo pelluntur tene-



Salutationis angelicæ.


bræ, resplendent omnia, quo ab ijs-  
tur hyems, et vernantes flores per  
singula prata inuentos, odores quā  
suauissimos exhibentes colligimus.

Gaude et lætare Maria q̄ sola tu  
fueris expers maledictionis a deo  
exhibitæ aduersus Euam primam  
parentē & aduersus reliquas mu-  
lieres, quæ in Colore pariunt suam  
prolem, & in dolore prius virginis  
tatis florem amittunt. Tu vnica  
Maria inter omnes selecta retento  
virginitatis candore verbum pa-  
tris concepisti, & nullo interueni-  
ente dolore conceptum filium toti  
mundo contulisti, cantantibus an-  
gelis. Gloria in excelsis Deo & in  
terra pax hominibus. Sed dicta  
ergo tu inter omnes m̄. eres & luæ  
sola tale benedicta.



**Expositio.**

ueneris apud Deum, O inscrutabilis sapientia Dei, o diuina bonitas inatttingibilis. Denegatur quarentibus ingens illa benedictio & datur tibi; Maria haud quarenti, immo forte fugienti . Nulla enim maior benedictio fœminæ dari potuit , q̄b ut mater Dei efficeretur. Nec enim ad tatum munus humana industria se extendit . Quare donum Dei & datum Domini esse credimus. Quod numen altissimum tributum est tibi , o Maria quatenus humillima omnium creaturarum es inuenta , tantoq̄b præcæteris Deo placuisti , quanto vniuersis tua in mente demissior eras . **F**ec nobis precamur dominus unde philosophandi genus ascidiæxi quem fueris nata **præce**



Salutationis angelicæ.

præceptorem , qui te huiusmodi  
mudi contemptum docuerit? Be-  
nedita tua mens, quæ Spiritu san-  
ctum habuit doctorem, a quo prius  
es facta fœcunda, quam fueris cor-  
pore prægnans. A V E igitur mulie-  
rum specimem, gemma virginum,  
nuptarum exemplar, viduarum so-  
lamen , thalamus incorruptus , sta-  
tio Trinitatis, baiula verbi diuini, al-  
tissimorum arcanorum conscientia ,  
omnis ruinæ reparatrix , capacior  
cælis , humilitatis norma, virtutum  
et omniū gratiarum pelagus , Spi-  
ritus sancti templum, domus bene-  
dicta, peccatorum patrona: et errā-  
tum inuentrix, o Maria inter mu-  
lieres maxime benedicta. Quid pere pre-  
cor seruum tuum errantem sicut uelut  
ouiculam amistax. qd. qd. qd. qd.

cme

wrfsos

**Expositio:** Fo

uersos Christianos in caulā tuarū  
ouiū sic reducas, q̄ tuæ benedictio-  
nis participes efficiamur, nec dese-  
ras nos in tempore hoc, quo maxi-  
me te patrona egemus apud Dcū  
patrē, tuumq; filium benedictum,  
et spiritum sanctum ab eisdē pro-  
cedentem, facq; nos ita tibi hærere  
q̄ penitus a te diuellī nequeamus.

Amen.

**T E T B E N E D I C T V S**  
fructus ventris tui IESVS.



**R**BOR bona, arbor  
sæcta, arbor benedicta  
benedictū fructum af-  
fert, o Maria inter mu-  
liere vnde grande et lætare q̄  
mū o pef ereri fructum illū bene-  
dictū



**Salutationis angelicæ:**

dicatum, in quo vniuersi homines  
benedicuntur. Hic tui ventris fru-  
ctus, est illud semen olim mundo  
a Deo promissum, cū diceret Abra-  
hæ, in semine tuo benedicetur om-  
nes gentes. Hoc semen, e cælo mis-  
sum, est illud quod cecidit in terrā  
bonā et dedit fructum centuplum.  
Nec enim tantum redderes fructū  
Maria, si non esses terra benedicta.  
Bene de te prophetauerat psaltes  
inquiens. Benedixisti domine terrā  
tuam auertisti captiuitatem Iacob:  
et alibi, Dominus dabit benignita-  
tē, et terra nostra dabit fructū suū.  
Benedicta tu Maria, quæ tā bene-  
dictū fructū produxeris nobis, et be-  
neditus fructus qui te effecerit be-  
neditā ante quā ex te alius erit,  
immo ante quā nō peccetur in te,

In

In plantis omnibus id licet videre,  
ut fructui arbor impariatur virtu-  
tem, non contra, cū hæc prior illo  
natura et tēpore sit causaq; illius.  
Hanc legem non modo plantæ, ve-  
rum animantia cuncta quibus pa-  
riēdi vis est tributa, obseruāt. Quā  
legem tu sola supergressa es, tuum  
pariēs genitorem, & fœcunditatē  
suscipiens ab eo, quē fueras paritu-  
ra. Benedictus ergo talis filius, qui  
ante quam esset filius tuus te matrē  
futuram benedixerit. Benedictus  
talis filius, non solum inter mulie-  
res, nec solū inter viros, immo nec  
solum inter angelos, sed penitus  
est benedictus, quippe qui est su-  
per omnia. Benedictus deus in sæ-  
cula. Qui dām fructus arboris pa-  
radisi tercitis, medicum attulit

Euæ

**Salutationis angelicæ.**

**E**uæ mandenti , hic autem fructus  
arboris paradisi cælestis tibi Mariæ  
benedictionem porrigit comedéti,  
Ille mortem præbuit mundo , hic  
vitā. Ille inferni portas aperuit, clau-  
seratq; paradisum , hic vero cælos  
reseruauit, et spatiösam inferni viam  
restrinxit, Benedictus talis fructus,  
cui nomen est IESVS quod ser-  
uatorem simul et saluatorem signi-  
ficit. Qui enim māducauerit hunc  
fructum , viuet in æternū. Hic fru-  
ctus comedens vitam dederat Pau-  
lo dicenti: viuo ego, iam non ego,  
viuit autem in me Christus. Seruat  
hic fructus ab omni corruptionis  
lapsu manducātem, ipsumq; saluat  
ab omni periculo occurrēti. Hūc  
fructum comedere ~ iiii. ~, O  
Maria, nisi tu illi ~ furientibus no-

bis

Expositio.

bis porrexeris: libéterq; ipsum cre-  
dimus te daturam, si haud oscitan-  
ter tuā clementiā adierimus, conci-  
nētes illud cāticū Gabrielis, A V E  
gratia plena dñs tecū benedicta tu  
in mulieribus, addētes. Et benedi-  
ctus fructus ventris tui, quod Elisa-  
beth cognata tua adiecit, simulq;  
ponētes hoc nomē Iesūs, quo tātū  
fructum nominemus. Hoc docuit  
Angelus præcipiente Deo, et ob  
hoc illustrata ecclesia prædictæ Isa-  
bellicæ voci idem nomē adiunxit.  
Aue igitur vniuersæ benedictionis  
origo, gleba fertilissima terræ, flori-  
da arbor, perénis fructus, vēter fœ-  
cundior cælo, tabernaculū diuinæ  
gloriæ. H̄c r̄iū verbi diuini, melli-  
ta diuinitati, studia, reclinatoriū  
norūinis tetragr̄i natō, sedes sapiē-  
& tiæ



Salutationis angelicæ:

tiæ diuinæ, thorus, sponsi haud dor-  
miētis, myrrha selecti odoris, totius  
orbis fundamētū, reparatrix vniuer-  
sæ ruinæ. Tu Maria, quæ nūquam  
non recipis fugiētes ad te, extende  
pallium tuæ miserationis ad nos ti-  
bi iam olim dicatos, sub quo prote-  
cti possimus ab insidijs inimicorum  
omnium liberari fieriq; participes  
benedicti fructus vteri tui sacrati.

Amen.

S A N C T A M A R I A M A  
ter dei ora pro nobis peccato-  
ribus. Amen.



R E D I M V S super-  
nas virtutes et angeli-  
cas potestates Deo se-  
per concitare. Sctūs,  
sctūs, sctūs, quod in deo. Quē enīs v for-  
tis, fortis, fortis. In cōfētūs tōtius cōfētūs



Vniuersa Deus optimus exuperet  
eaque post se infinito relinquat inter-  
uallo, hac vna tame virtute, scilicet,  
fortitudine in suis omnibus attribu-  
tis resplendet ampliter inter mor-  
tales. Hac fortitudinē experimento  
didicit Anna vxor Helcanæ, quæ  
natura sterilis fuerat. cuius precibus  
deus cōmotus leges naturæ infre-  
git, eamque fecit fœcūdā. Quā rē cū  
dignosceret Anna prupit in hunc  
hymnū. Non est sanctus vt est domins  
Nec enim est aliis extra te: et non  
est fortis sicut Deus noster, Hanc  
fortitudinē expertus Dauid in die  
quo liberauit eū domins de manu om-  
niū inimicorū suorum et de manu  
Saulis. sic cinit. Domins petra mea et  
robi mei . salvator meus: deus  
fortis meus, sp*iritu* adō in eū, scutum  
& u meum




Salutationis angelicæ.

meū et cornu salutis meæ. Neq; du  
bitamus restitisse Pharaonē Moy-  
si, vt dei fortitudo mōstraretur in  
omni terra. Tu Maria post Deum  
inter puras creaturas sola inuēta es  
princeps, cui hoc nomē sancta, ex  
cellēter cōueniat: tāta enim sancti-  
tas, id est, fortitudo, fuit in te, quod  
Deum natura fortissimū, impassibi-  
lē, immortalē et quem cæli capere  
nō poterāt, ecælo deduxeris in ter-  
rā, tuoq; in vētre gestaueris, & ipsū  
pareres mūdo passibilē atq; morta-  
lē. Tu sanctissima Maria es illa mu-  
lier fortis, quā sub rogatione Salo-  
mō posuerat in suis pabolis dicens,  
Mulierem fortē quis inueniet? pro-  
cul & de vltimis finib⁹. precium.  
eius. Tu es illa nauis inst. oris. uæ  
de longe portat p. c. iuu, Mu. tæ  
enim

Enim filiae congregauerunt diuitias:  
sed tu supergressa es vniuersas, nam  
tu sola mater Dei effici meruisti:  
qua una dignitate nulla maior in  
fœmina excogitari potest. Merito  
ergo dicamus quod cæteris tui sexus  
præstatur gratia per partes: tibi ve-  
ro Mariæ tota se iudecerit plenitu-  
do gratiæ et sanctitatis. Eia ergo sā-  
cta sanctorū Maria, fortissima mu-  
lierū, angelorū stupor, terribilis ut  
castrorū acies ordinata, fauus mel-  
lis innoxij, aquæductus padisi, phœ-  
nix vnica mundo, vinea Domini,  
oliua spetiosa in cāpis, cedrus altissi-  
ma, cūctarū arborū speciosissima,  
hospitiū peregrinatiū, baculus clau-  
dorū. <sup>et</sup> ~~aliī~~ lenimē. O mater dei sā-  
ctissima, orate peccatoribus  
Dei, vt sua borate ignoscat nos-  
& iii tris



Salutacionis anglicæ.  
tris erratis. Cognosce Dña manci-  
pia tui filijempta suo sanguine. Ab-  
sit regina nostra patrona nostra, &  
mater nostra, tantus sanguis tamq;  
præclarus fuerit fusus in caſſū. Faç  
igitur clemētissima mater, vt quos  
filius tuus tanto emerat sanguine,  
ipsa redimas tuis precibus, iterūq;  
nos efficias suos. Aſſiste nobis quæ-  
ſumus Domina cum instans nostri  
diſcessus aduenerit vt te duſtrice  
poſſimus procūbere ad pedes tui  
filij Dñi nostri Iefu Christi: cū quo  
et eius patre et ſpiritu sancto viuis  
et regnas in cælis per infinita ſæcu-  
lorum ſæcula. Amen.



# ANNOTATIO



DIT O libro de no  
mine diuino IESVS  
et typis absoluto re-  
pertus est liber super  
Apocalypsim quadringētis abhinc  
sexaginta septem annis in membra-  
na literis Gothicis scriptus , cuius  
autor adhuc ignotus est credimus  
fuisse diuum Leandrum aut ei con-  
temporaneum aliquem virū do-  
ctissimum qui exponens illud Apo-  
calypsis. Ego sum alpha , et O . prin-  
cipiū et finis dicit dominus , ita in-  
quit. Quid sit autem quod elemē-  
ta hæc ex alphabeto id est  $\Delta$  et . O .  
veritas ipsa cōmemorat , prudenter  
debeimus aduertere : nā figura ipsa  
litera id est  $\Delta$  . tam in græcis literis  
 $\Psi$  in latiniis , - as ducitur virgulis  
& iii



# NOTATIO.

pari æqualitate porrectis. Vnde nō  
ine causa diuinitatis vnitatem dixe-  
rūt esse maiores . Hæc ille . Exqui-  
bus cōfirmare licet id quod intertio-  
nisti libri capite diximus , scilicet  
literam A subtriāguli figura hoc  
pacto. Δ . antiquitus scriptam fu-  
isse.

FINIS.

FRANCIVS DE VAR  
gas obuijs lectoribus.

Cū lucē ingenuis iuuenili in flore dedisset  
Scintillis splendens, Artibus ipse Silex:  
Protinus assurgēs cælestia dogmata pādit  
Et sophiæ abstrusis ignibus ecce micat.  
At nūc doctrinæ iaculatur fulmina Sacrae  
Ignipotens, nolit, seu velit inveni a.



# MENES DE AVENDA

ño ad lectorem.

Scriptores veteres pariter, pariterq; recetes  
Reijce, et hoc vnū, nūc cape lector opus,  
Quod tibi per lusū, furtiuis condidit horis  
Præfulis eximij sat properata manus.  
Fluctibus in medijs rerū, cū talia præstet,  
Quid censes faceret, si suus ipse foret?  
Omnibus inuigilat, pectori dat pabula pastor,  
Nūc reparat caulas, nūc fugat ille lupos,  
Nunc audit lites, nūc hos, nunc accipit illos  
Ad se cursantes, scriptaq; missa legit,  
Respondetq; illis, nunc dat mādata ferēda,  
Assiduus sacris, assiduusq; choro.  
Obrutus his curis, tainē hūc tibi lector amice  
Ex gēmis factū, donat habere librū.  
Tu lege, nā premium de se feret ipse legēti:  
Nil nisi mel purum, nil nisi neectar habet.  
Post hī accies scriptas ab Apollie chartas,  
Quas tibi (si huic ureas) inclytus ille parat.

**T R P A T A N O T A T V**,  
digna, quæ ob defectū typogra-  
phi, sese offerunt corrigenda,  
**p r æ s e n s p a g e l l a d e m o s t r a t.**

Folio. 18. pagina. 2. linea. 1. loco vt  
lege et.

F. 21. p. 2. l. 1, i 8. c a r a c t e r e s , lege chara-  
cteres cum aspiratione, et in alijs lo-  
c is v b i c u n q ; r e p e r i a t u r .

F. 25. p. i. l. 12, hæduæ dictiones, hac  
et, sunt expungendæ.

F. 27. p. i. l. 18. et. 19. cohæruit lege  
cohæsit.

F. 34. p. 2. l. 8. consituatur, lege cō-  
stituatur.

F. 38. p. 2. l. 3. habent idem cētrum.  
lege habent solum idem centrum.

F. 42. p. i. l. 19. filij. lege fratres.

F. 52. p. i. l. 6. Chrtus. leo. Ch r t u s

F. 57. p. i. l. i. pænum curi. lege p r æ

# ERRATA.

nunciaturi.

F.58. p.2.1.20. exulatione . lege  
exultatione.

F.62. p.2.1.18. methaphisica. lege  
metaphysica

F.72. p.2.1.19. consolatore . lege  
consultore.

F.85. p.2.1.16. nonia. lege Nona  
ria cum litera maiori.

F.97. p.2.1.4. granatēses. lege Gra  
natenses cuim litera maiori.

F.127. p.2.1.1. credcamus lege cre  
damus.

F.130. p.1.1.18. et.19. bñedictone.  
lege benedictione.

F.131. p.2.1.12. difuse. lege diffuse.



# OLETI.

¶ Excudebat Ioánes Ferrarius,  
Anno a Christo nato.  
M.D.L.Idibus  
Nouembris.



